Johannis Hevelii prodromus astronomiae, exhibens fundamenta, quae tam ad novum planè & correctiorem stellarum fixarum catalogum construendeum, quàm ad onmium planetarum tabulas corrigendas omnimodè ...

Hevelius, Jan

Gedani, 1690

1549 (Rai)

1549

A

2 x 6


A. Stech pinxit
Lambertus Visscher sculp.
Ætheris, et vasti Mensor celebratus Olymp
Hunc Vultum HEVELIVS MAGNVS, & Ora dedit
Conscia cœlesti dispensans Sidera Mente,
Grande micat Patriæ Sidus & Ipse Suæ.
Scribeb. Gedani Joh. Peter Titius

J. HEVELII
PRODROMUS
ASTRONOMIÆ

CUM CATALOGO FIXARUM,

&

FIRMAMENTUM

SOBIESCIANUM.

J. HEVELII

PRODROMUS ASTRONOMIÆ

CUM CATALOGO FIXARUM,

&

FIRMAMENTUM SOBIESCIANUM.

JOHANNIS HEVELII
PRODROMUS ASTRONOMIÆ,

Exhibens

Fundamenta, quæ tam ad novum planè & correctiorem Stellarum Fixarum Catalogum conſtruendum, quàm ad omnium Planetarum Tabulas corrigendas omnimodè ſpectant;

nec non

Novas & correctiores Tabulas Solares, aliasque plurimas ad Aſtronomiam pertinentes,

utpote

Refractionum Solarium, Parallaxium, Declinationum, Angulorum Eclipticæ & Meridiani, Aſcenſionum Rectarum & Obliquarum, Horizonti Gedanenſi inſervientium, Differentiarum Aſcenſionalium,
Motûs item & Refractionum Stellarum Fixarum.

Quibus additus eſt

utergz

CATALOGUS STELLARUM FIXARUM,

tam major ad Annum 1660, quàm minor ad Annum completum 1700.
Acceſſit Corollarii loco

TABULA MOTUS LUNÆ LIBRATORII,

Ad bina ſecula proximè ventura prolongata, brevi cum Deſcriptione, ejusque uſu.

Cum Gratiâ & Privilegio Sac. Reg. Maj. Polon.

GEDANI,
Typis JOHANNIS-ZACHARIÆ STOLLII.
Anno M DC XC.

JOHANNIS HEVELII
PRODROMUS
ASTRONOMIÆ,

Exhibens

Fundamenta, quæ tam ad novum plane & correctio-
rem Stellarum Fixarum Catalogum conficiendum, quam
ad omnium Planetarum Tabulas construendas omni-
modè spectant;

nec non

Novas & correctiores Tabulas Solares, aliasque
plurimas ad Astronomiam pertinentes;

scilicet

Refractionum Solarium, Parallaxium, Declinationum,
Angulorum Eclipticæ & Meridiani, Aliorumque Rectarum &
Obliquarum, Horizonti Cœlestibus inservientium, Dimensionum Altitudinum,
Motus item & Reductionum Stellarum Fixarum.

Quibus adjunxit ac

NUNC & CATALOGUS
STELLARUM FIXARUM,
tam major ad Annum 1660, quam minor
ad Annum complectens 1700.
Accessit Copiosissimo
TABULA
MOTUS LUNÆ LIBRATORII,
Ad hanc ferula proximis ventura prolongata,
brevi cum Deductione, ejusque usu.

Cum Gratia & Privilegio Sac. Reg. Maj. Polon.

GEDANI,
Typis JOHANNIS-ZACHARIÆ STOLLII.
Anno M DC XC.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO JOANNI III.

REGI POLONIARUM,

PIO, FELICI, AUGUSTO,

MAGNO DUCI LITHVANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIOVIÆ, VOLHINIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CHERNIECHOVIÆQVE

&c. &c.

REGI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME ET POTENTISSIME
REX AC DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.

Ungitur Liber iſte Auctoris vice, qui ſi divini indulgentiâ Numinis in vivis ageret, ad genua

SA-

SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ provolutus, elucubratum hunc ingenii ſui partum Regali Gratiæ ſubmisſisſimis precibus commendaret. Jam cùm exemtus ſit ille humanis rebus, ipſe fœtus, Auctoris fato ſuperior, ſupremam à MAJESTATE TUA expetit humillimè, expectatque protectionem. Sumſit is originem ac formari cœpit, ſub Divorum Poloniæ Regum auſpiciis, abhinc annis circiter quinquaginta, & continuâ exîn temporum ſerie, raro Aſtronomicarum Obſervationum artificio & induſtriâ, accedentibus ſubinde ex magnorum Principum Largitate alimentis, proſperè ſuccrevit, usque dum ſub Clypeo, juſſuq; REGIÆ MAJESTATIS TUÆ, in vitam prodierit, Opus Baſilico Nomini, & Genitali Numini ſacrum. Nefas ſit involvere ſilentio, quantopere talia molientem Regia Munificentia TUA provexerit, quâ ipſe, ubi in opes ſuas & Uraniam, aliquando Vulcani

desævierat Furor, rerum lapsarum fortunam in melius elatam, ac se sibi redditum, immo verò ad spem facultatemque perficiendi destinata sæpius erectum sensit. Si Virtus creditur humanâ major, & DIs superis insita, Terrarum Cœlorumque tutelam gerere: obstupescant omnes, hanc ingentis Animi vim, Divinæ proximam, SACRATISSIMÆ MAJESTATI TUÆ innatam, Quæ exemplum laudatiorum omnis ævi Regum ac Principum supergressa, latissimi molem Regni feliciter sustinet, & Cœlestibus intenta, sideralis culturam Sapientię ab interitu vindicat, excitat præmiis, attollit, firmat. Divali hac Liberalitate TUA, quę refecit Auctorem Operis, & ab obitu ejus, ædes meas viduitate desolatas, lætor ego devotissimè, & gloriatus est ille, quoad vita supererat, voluitque extare posthumum religiosi cultûs indicium. Hinc TIBI, AUGUSTISSIME REX, humillimę pietatis monumentum, velut

Ara

Ara, ex voto & nuncupatione morientis, ſtatuitur. Nec enim Aſtronomiæ Prodromus, & Firmamentum æthereum, in quo Scutum MAJESTATIS TUÆ Gentilitium, victrici ſignatum Cruce, & ſeptenis Stellis rutilat, aut Tractatio Siderum univerſa, niſi MAJESTATI TUÆ SACRATISSIMÆ debetur, Quæ ardentes Cœli faces magnitudine rerum geſtarum ac fulgore exæquat: Quę, cùm ingraveſcentibus undique bellorum incendiis, ipſaque laborante Poloniâ, multis Europæi Orbis partibus Luna Turcica induceret noctem, in omnibus reformidaretur ferale Muhammedis jugum, Sollicitudines & expeditiones Regias, ultra ſalutem Patriæ, ad Regionum exterarum conſervationem porrexit, & præcurſore Auguſtiſſimi Nominis aurorâ, Barbaros in terrorem, illuceſcente Præſentiâ TUA, in fugam conjecit, obtrivitque fervidi caloris impetu, ac inſtar Planetarum fulgentiſſimi, diſcuſsâ ſervitutis

caligine, reſtituto libertatis die, Victoriarum & Famæ jubare univerſum orbem implevit, nec Curis, nec Hoſtibus, nec Imperiis pluribus impar. Quis Cepheum & Perſeum, quis Herculem illum, perdomito Cerbero, oppreſſâ Hydrâ, totque immanibus belluis internecione deletis, inſuperabilem, aut Heroum veterum quenquam, qui ob beneficia in genus humanum, vel unum collata populum, ſuperſtitioſis plerumque Vatum encomiis decantata, inter Deos aut Sidera relati ſunt, cum TUA, REX INVICTISSIME, Magnanimitate ac Fortitudine, contendere auſit? Infinita TUA in Chriſtianam gentem Merita, & vera, & ubique inter mortales celebrata, quasvis ex paganâ Antiquitate laudes excedunt. Plura & alia Heroicarum Virtutum decora, quarum ſalutaris in Provincias TIBI ſubjectas diffunditur influxus, nunc prætermitto, intercedente materiæ & ſexûs mei ratione, cui in ſublimi poſita mirari,

non

non attingere convenit. Hoc unum dixiſſe mihi ſatis ſit; REGIAM MAJESTATEM TUAM, Quam Potentia & Felicitas ſupra humanam ſortem in excelſo locavit, ſicut maxima Cœli Luminaria, immane quantum à nobis disſita, radiorum ac lucis interventu contingunt terras, viresque ſuas in inferioribus exſerunt, incomparabili Benignitate ad humilia demitti, & auxiliatricis Gratiæ uſuram implorantibus impertiri. Dignare Clementiâ TUA, REX GLORIOSISSIME, ſupplices mariti mei Manes, gratamque Mentem tumulo ſuperſtitem: Redivivus hic ex cineribus ejus Phœnix, ad pedes SACRATISSIMÆ TUÆ MAJESTATIS procumbens, TE, radiantem adorat Solem, ſimulque veneratur SERENISSIMUM Domûs Regiæ Phoſphorum, PRINCIPEM ad ſumma natum; exoptat Sideribus ſuis claritatem à ſereno propitioque *M*AJESTATIS

TUÆ

TUÆ Vultu, Cujus ætati longam annorum meridiem, Thronoque ac Sceptro novum ſemper inter triumphos & trophæa incrementorum exortum, atque inocciduum Diadematis Regii in ſeris Poſteris ſplendorem ſubmisſisſimè apprecatur, votivâ interprete,

SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ

humillimâ

ELISABETHA, HEVELII

Viduà.

JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,

CENOTAPHIUM.

ILLVSTRI VIRO

JOANNI HEVELIO,

CONSULI GEDANENSI,

MATHEMATICO PRINCIPI,

AMICO INCOMPARABILI,

SACRANDAM AD MEMORIAM

POSITVM.

GEDANI,
Imprimebat JOHANNES-ZACHARIAS STOLLIUS.

ILLUSTRI VIRO,

ISMAELI BULIALDO,

JOAN. ERNEST. SCHMIEDEN,

CONSUL GEDAN. S. P. D.

LUTETIAM.

EX quo, *Vir Illustris, apud nos vixisti Hospes, & Domesticus diu Hevelii, quem lugemus, omnis propè conversationis nostræ, illius temporis mutata scena est. Conveniebant Pater meus, Senatûs Præses, Fabritius Syndicus, Behmius Scabinus, & Dilgerus Mysta, longa doctaque voluptate inter Epulas & Speculas Hevelianas perfusi. Res nulla agitari, nisi Cœli & Temporum. In utraque Te mirabamur, majorique fortuna, inter nos mussitabamus, dignum. Intercurrebant aliquando & alia literaria. Quo nomine memini, & memineris, Tibi mihique circa proposita Homerica Dubia, non semper convenisse. Interea obierunt, quos dixi, Viri suo fato: nos epilogum facimus. Atque ab illo tempore incredibilis mihi tui semper sedit æstimatio. Sed da veniam, Vir Amplissime, cur de Hevelio post fata ejus, tam altum apud vos silentium. An. quod ex antiquis aliquis jecit, magnos viros alio seculo vivere, alio æstimari,* τὸ δ' ἀιχεῦν ἀιχεῦν, κ' ἂν δοκῇ κ' ἂν μὴ δοκῇ. *An quia vobis digna, Animæ magnæ, hactenus meditamini? quod magis putem. Exemplo summo præivit Opt. Max. Princeps, Rex meus. Qui mox à funere ad Viduam Regiis plenisque gratiæ & teneritudinis Literis memoriam Viri honestare dignatus est. Nec deerant ex Patribus, qui Panegyrin, nomine publico, Virtutis Urbisque caussa, censebant. At ego dum vos pulcra Cœli vestri Lumina circumspicio, expecto, & invito,* τολμᾶν, *dicebam,* ἀνάγκη, κ' ἂν τύχω, κ' ἂν μὴ τύχω. *Atque ita mihi hæc paratitla Heveliana nata sunt. Quæ, ante omnes, ad te mittere volui, amantissimum juxta ac amicissimum illius domûs. Sed & gratias Tibi, Vir illustris, ago, pro voluntate prolixa illa Tua, quam Filio meo,* Nathanaeli Ernesto, *dum Parisiis vixit, & Romam eunti Literis tuis aucto, testatus es; Tibique propitiam valetudinem, & famâ Tui diu frui opto.*

VIATO-

VIATORES,

QVOTQVOT ESTIS, ERITIS,
ADSTATE ET LEGITE.
HEIC JACET, NEC JACET,
QVI FUGIENTE HUMUM GENIO,
ÆTHEREAS SEMPER ADITAVIT DOMOS,
JAMQVE ISTHUC AVOLAVIT,

COELESTIS HEVELIUS.

PRODIERAT GEDANI, HONESTIS PARENTIBUS,
NASCITURI LARIS, ÆTERNUS APEX,
IPSE NULLO MACTUS TRADUCE,
NEC EX CINERE PHOENIX, DIIS PROPIOR,
QVASI METATOR OLYMPI EX SE GENITUS:
AMICO URBIS, ET IN URBE FATO,
SAPIENTIAM ORBIS SIDERUM, UNUS OMNEM,
INVASIT, OCCUPAVIT, AUXIT.
ADERANT QVOQVE FORTUITA:
CAPUT INTER NUBILA INNUBE,
HABITUS GRACILIS,
ARTUS VALIDI, ET COMPACTI,
GRADUS FACILIS, MANUS ARTIFEX,
NIHIL IN VULTU TRISTE,
ACIES AD STUPOREM VIDENS.
JUVENIS, VIR, SENEX,
COELI ADYTIS,
ADSCENSU, CURSU, ET DECLINATIONE ASTRORUM,

QVA LONGUM, QVA LATUM
ADMIRANDUM ITER AGUNT OBSERVANDIS,
NOCTU, DIU,
INTER ÆSTUS ÆTHRÆ, AUT PRUINAS,
QVINQVAGINTA, ET ULTRA, ANNIS,
(QVIS CREDAT, LECTORES? VOS CREDITE,
FIDEMQVE EPHEMERIDES FACIUNT,) INSUPERABILIS.
ACCEDEBANT FORTUNARUM LAUTITIÆ,
RARÆ INGENIORUM COMITES;
CONDENDO URANOBURGO SUO,
STRUENDIS SPECULARUM TURRIBUS,
ARDUIS MOLIBUS,
INCLYTIS MACHINIS,
IMMENSISQVE IN DIES IMPENSIS PARES.
UT
MUSEUM HEVELIANUM,
COELESTES VESTÆQVE ORBES,
ORGANA DÆDALA,
ET SUPELLECTILEM ILLAM ÆTHEREAM,
QVANTAM MORTALIUM NEMO UNA VIDERAT,
QVASI MAJORA PRIVATO BONA,
SUMMI PROPE INTER IMPERANTES, ANTE DIEM,
AMBIENTES AC LICITANTES SIBI DESTINARINT.
NEC DEERANT MUNICIPI SUO
TUTELARIA SARMATIÆ NUMINA,
ET NOVISSIME
JOANNES TERTIUS
QUO NEMO MAJOR,
TRIUM MAXIMORUM REGUM,
POLONIÆ, GALLIÆ, BRITANNIÆ, CONGIARIA,
REGUMQVE, PRINCIPUM, PROCERUM,
QVOTQVOT, LECTORES, NOMINARE POTESTIS,
AMOREM, DESIDERIUM,
COMMERCIUM LITERARIUM, AMICITIAM, MERITUS.
QVIBUS SUBVECTUS AGENDI ALIS,
PRIMO ADORTUS VOLATU,
ENDY-

ENDYMION AMATOR, AMATUSQVE
LUNÆ REGNA.
MOTUS LIBRATORII,
POST TOT SECULORUM CYNTHIÆ SECTATORES,
PRIMUS AUCTOR.
MACULARUM, PHASIUM, UMBRARUM,
VERITATUM, ERRORUMQVE,
BENEFICI SIDERIS, SINE EXEMPLO SCRIPTOR.
NEC COGNOMINEM SIBI PROPE SOLEM SUBVERITUS;
MACULAS JUXTA AC FACULAS
MAXIMI LUMINIS,
PARI LIBERTATE, SUCCESSUQVE EXECUTUS.
SATURNUS, TARDIOR ILLE VELOX,
SUI OBTEGENS,
INLUSERAT, SUPERIORIBUS ÆVIS, ASTRORUM MYSTIS:
HEVELIUS DIU INSECTATUS,
TANDEM NATIVUM OSTENDIT, ET EXPLICUIT.
MERCURIUM ET VENEREM IN SOLE,
EX OPACO ALII VIDERANT:
ISTE COMMENTATIONE ILLUSTRI APRICARI FECIT.
CIRCA JOVEM ET MARTEM
HUMANA LAMBEBAT INDUSTRIA: HIC FIRMAVIT.
OBHÆSIT LYNCEUS TYCHO CIRCA FIXAS:
HEVELIUS, COLUMBUS COELI,
ULTRA SEXCENTAS ALIAS,
DETEXIT ET ADDIDIT:
JUSTA PARITER IN PRINCIPEM SUUM PIETATE,
DUM SENATUI OLIM MATHEMATICO,
JAMQVE SIBI NOVA ISTA RECENS REPERTA ASTRA,
FIRMAMENTUM VETUS, NOVUM,
UNO NOMINE REGIO,
SOBIESCIANUM
NUNCUPAVIT,
SCUTUMQVE GENTILITIUM DOMUS
AUGUSTÆ,
GRATO INTER SUPEROS MINISTERIO,
COELO INTULIT.

ADEO UT AB ÆTERNO OPERE LIBERATÆ
AD ISTRUM VIENNÆ, FUGATIQVE OSMANNI,
ET EUROPÆ CHRISTO RESTITUTÆ,
DEI, ET JOANNIS REGIS,
LAUDES POSTHAC, TERRA MAJORES,
NARRABUNT, CANENTQVE COELI.
INDE COMETARUM REGIONES,
ORTUS, MOTUS, OCCASUS,
ADSTUPENDA RIMATUS INDAGINE:
MOX PRÆSAGAS ILLAS FACES,
SUPERANTE MATERIAM OPERE,
A CONDITU MUNDI,
INVINCIBILI CURA, UNO VELUT OBTUTU,
COELO MAJOR, EXHIBUIT.
DONEC
URANIAM
COELUM OMNE COMPLEXAM,
LEVATO TOT ÆTATUM SIPARIO,
DEO, REGI, AC TERRIS CONSECRARET.
AT,
LECTORES,
NIHIL VOS CELAMUS, ADVERTITE:
HEIC OBNUBILAVIT FORTUNA COELI.
VIDERAT ORBIS
ASTRONOMIÆ PRODROMUM,
JAMQVE PROPE EMENSAM EXPECTABAT
UNIVERSAM.
SED ABDITUM ET IN LONGUM JACIENS
FATUM OBSTITIT.
INTERCEDEBANT SUPERI ASTRORUM ILIADI.
CONCEPTUS MANERE DEBEBANT INCHOATI,
HEVELIANÆ SUPREMA MANUS.
UT OMNIBUS, ET QVI SEQVENTUR NEPOTIBUS, NOSCERETUR,
URANIAM SINE HEVELIO NON FINIRI,
NEC HEVELIUM,
DONEC NON FINITA ERIT URANIA, MORI POSSE.
FECIT INTER MORTALES ANNOS LXXVI. IV. HOR.
EODEM ORIENTIS ET OCCIDENTIS DIE.
CIVIS, SCABINUS, CONSUL, MARITUS, PATER, AMICUS,
UNDIQVAQVE FRUGI.

FACIE

FACIE AD IMAGINEM HONESTI NATA.
CULTU INTER LUXUM ET LUCTUM MEDIO.
LITAVERAT GRATIIS, QVÆRENTIBUS ADFABILIS,
DOMO PUBLICA, ADITU OBVIO, ABACO DECORO,
AC HOSPITALI, NIHIL EX UMBRA USQVAM SUPERERAT,
ÆMULA VIRTUTE CUM COMITATE.
MENTE IN CREATOREM UBIQVE PIA.
ANIMO, QVALEM DEUS AMAT,
RECTO, SINE DOLO, JUSTI TENACE, CANDIDO.
BONARUM IN RE PUBLICA PARTIUM,
BONARUM ARTIUM, BONORUMQVE VIRORUM.
IN CONCILIO URBIS PATRUM, EJUS CALCULI,
QVI SPIRABAT VIRUM.
IN PALÆOPOLI, ALTERNANTE FASCIUM ORDINE,
DECIES CONSUL ORATOR,
CUM ADPLAUSU.
SEXIES PRÆTOR,
NULLA RETRACTATA JUDICANTIS SENTENTIA.
SI QVIS EX PYRRHONICA CALAMUS, DURIUS
ALIQVANDO VIRUM HABUIT;
SANDALIUM IMPETIIT VENERIS, NEMO VENEREM.
SI MOTUS ALIQVANDO SUOS QVOQVE
SENSIT ET IMPETUS, QVOD HUMANUM EST:
AT NON DIU ILLIS ASSENTITUS,
QVOD HEROUM.
QVOS EXCEPIT REGES, PRINCIPES, GEDANUM,
HEVELIUS MAGNOS MIRANTESQVE HOSPITES
DOMI SUÆ VIDIT, COLUIT.
ET VENERANT LONGIS ITINERIBUS,
DIVISOQVE A NOBIS ORBE,
INLUSTRIA COELI AC LITERARUM NOMINA,
BULIALDUS, HALLEJUS, ALII,
MISSI, AUT SPONTE SUA, UT VIDERENT.
INTER TOT FORTUNÆ OBSEQVIA,
SUI MEMOR, MODESTIÆ SEMPER RETINENS.
INTER ADVERSA RERUM, NUNQVAM MINOR.
VIDIMUS, QVIDQVID PROPE HEVELIANUM DICI POTUIT,
INCENDIARIIS FLAMMIS,
FATALI PROPEMODUM IGNE, PAUCIS HORIS,
OMNIA CONCIDERE ET DEPASCI;
VIDIMUS MEDIUM ÆRUMNAS ISTAS INTER
STANTEM HEVELIUM;

AM-

AMBUSTA, FAVILLASQVE RECIPERE:
NEMO VIDIT DE FATO QVERULUM, PECTOREQVE LABI.
INTER TOT DIVISAS JUNCTASQVE VITÆ CURAS,
COELI ET SOLI, NOCTIUM ET LUCIS,
MUNERIS, ET FAMILIÆ,
MAGISTRATUS, ET DICASTERII,
PLUTEI ET PRELI, GRAPHIDIS, ET CÆLI,
CIVIUM ET HOSPITUM,
AMICORUM ET CLIENTUM:
NIHIL USQVAM INTERTURBANS, NEGOTIIS PRÆSENS,
SIBI CONSTANS, SECUM HABITANS,
QVIETO SIMILIS, OMNIA VENERABILIS.
FELIX AN INFELIX,
QVOD SINE SUPERSTITE FILIO,
HUMANIS EXCESSIT REBUS?
AN QVIA STOLONIBUS
OPTIMÆ QVOQVE STIRPES OBNOXIÆ?
AN QVIA UNICUS ASTRIS,
SUFFECISSE VISUS ERAT HEVELIUS?
AN QVIA BEATUM AB OMNI PARTE
DI NIHIL VELINT?
UT IPSE SUI
ET AUCTOR ESSET, ET HÆRES INGENTIS FAMÆ.
TU, ELISA, VIDUA,
SEXUS TUI, FORMÆQVE, DIU DECUS,
QVOD CUM CURA ET POMPA FACIS,
SPARGE, FVNDE, LIBA, CUMULA,
SVPREMA MVNERA,
IMMORTALI VIRO.
CETERA TE MERSI
SOLETUR GLORIA SOLIS,
COELESTIQVE JUVET
TE CALUISSE TORO.
ITE, VIATORES:
QVOD MIREMINI, ACCEPISTIS,
ET QVOD VEHATIS IN POSTEROS.
Aut patet isti Janua Ditis,
aut nulli remeare licet.

§(o)§


Habet quisq.
suum tempus, quod aspat.
quærat, corrigat atq. augeat
URANIA
Vigilantes
Diligentes
Prudentes
Constantes
IOHANNIS HEVELII
PRODROMUS
ASTRONOMIÆ

JOHANNIS HEVELII PRODROMUS ASTRONOMIÆ

CAPUT I.

De Elevatione Poli.

QVemadmodùm nullus non Peritiorum Architectorum, initiò ſtatim, circa Ædificia Illuſtrſa præſertim magnæ molis condenda, quæ in continuum uſum, & maximum commodum publicum, Poſteritatis bono exſtrui, atque Ei conſecrari debent, in eo allaborandum unicè habet, quò omnium primò prævalida, atque ſolida, quæ oneri, & amplitudini Machinæ omninò ſufficiant, jaceat fundamenta, atque ſufficientem materiarum omnis generis copiam in anteceſſum acquirat, ac comportet: ne non ſtructura illa, non ſolùm à ſtirpe ſtatim ſolidè fundetur, ſed etiam ſucceſſu temporis, absque omni obſtaculo feliciter exſtrui, ac tandem ad exoptatisſimum finem, ex animi ſententiâ perduci non nequeat. Haud minùs profectò, cuilibet indefeſſo Siderum Scrutatori maximè incumbit, cumprimis ſi quis toto corde Scientiam Aſtronomicam, in Altisſimi Rerum omnium Conditoris Gloriam, Reiqúe Sideralis maximum commodum, penitiùs penetrare, promovere, & excolere ſatagit, ut toto animo operam det, omnesque ingenii corporisque vires intendat, quò pariter huic Cœleſti operi, ſolidisſima locet fundamenta; non minùs initiò ſtatim conquirat ſingula, quæ ad tales ſublimes operas omninò requiruntur: maximè verò is, qui ſeriò omnimodam reſtaurationem Rerum Cœleſtium expetit, opus habet, ut requiſita omnia ex ſuo cerebro unicè petita, quousque Dei concedit Benignitas, hauriat, non verò aliorum labores pro ſuis venditet, & ſuppreſſo nomine aliena ſurripiat, prout hocce noſtro ævo (eheu!) in Orbe Literato admodùm eſt conſuetum.

Quid Architecto circa Præclara Ædificia condenda maximè incumbat.

Et Siderum Scrutator det operam, ut ſolida jaceat fundamenta ad reſtaurationem Rerum Cœleſtium.

Nemo aliena pro ſuis venditet.

Auctor à Regibus & Principibus, nec non hujus seculi Celeb. Viris excitatus & adductus est, ut novum fixarum Catalogum construeret.

Proindè, cùm à plurimis retrò annis Siderum Observationibus & ego, pro meo modulo à Deo concesso operam dederim, & quidem solidis, & sufficientibus Organis; adhæc à summis Principibus, Regibusque, quibus obtemperare omnimodè obstrictus, tum à Præclarissimis, totoque orbe Celeberrimis Viris, diversarum Nationum, Amicis scilicet meis, ac Fautoribus honoratissimis (quorum admonitiones in magno semper habui pretio) sæpiùs à longo tempore commonefactus, ac iterum iterumque fuerim excitatus, ut tandem ad longè exoptatum finem me accingerem, in quem tot ac tot impensas, nulli labori, diu noctuq; parcendo, erogaveram, construendo nimirùm ex meis solis observationibus, novum omninò Fixarum Catalogum: cùm in Fixarum Catalogis Illustrium Antecessorum, plurima haud leviuscula (si sincerè & apertè loqui liceat) restent adhuc corrigenda, atque addenda. Quippe plurimæ Stellæ, ut ut nudo oculo benè conspicuæ, hactenus tamen à nemine hucusq; sunt observatæ, nedum in Catalogos relatæ, luciq; expositæ.

Catalogi veterum scatent plurimis erroribus, & plurimis Stellis adhuc augendi sunt.

Novum condere Catalogum est omnium aliorum studiorum Astronomicorum maximum Conamen.

Quamobrem & Principibus, Amicisque lubens obtemperare, ac morem gerere volui, maximè eo attento, quòd hocce ipsum, omnium aliorum studiorum Astronomicorum præcipuum & sublimius omninò sit, quod à quopiam suscipi possit; imò sine quo feliciter exantlato, nihil quicquam solidi in Rebus Astronomicis tentare vel peragere cuipiam planè, etiamsi omnium aliorum sagacissimo, est integrum.

Initiò auctor ferè desperavit, talia sublimia se posse ad exoptatum perducere finem.

Verùm enim verò, cùm rursùs mecum debitè expenderem, quàm arduum hocce sit opus, quales ingenii corporisque vires, quantum temporis requirat, ad talia sublimia perscrutanda & absolvenda; adhæc tenuitatem meam optimè cognoscerem, ac non nescirem, me simul plurimis gravioribus, tam officiis publicis, quàm privatis occupationibus ferè esse obrutum, sublimes quoque Contemplationes Cœlestes, variasq; operas, quæ pariter immensum laborem, plurimumque temporis requirerent, utpote Prodromum Cometicum, Mantissam Prodromi, Cometographiam, utramque Machinam Cœlestem sub manibus habere, quæ Rei Literariæ bono, typis quantocyùs evulgare destinassem, animum ferè abjecissem, nisi singularis ardor ac fervor à Deo O. M. mihi inditus, ad hæcce studia siderea animos mihi rursùs addidisset, ac instigasset, ut rem hanc arduam in Divini Numinis honorem susciperem; unicè Deo Altissimo confisus, Eum qui mihi cupiditatem instillasset à teneris, etiam pro Suâ Clementiâ, auxilio suo subventurum, ac vitam, viresque ingenii, corporisque sufficientes clementissimè largiturum, quò hocce immensum opus, quod ab orbe condito hucusque ferè omnes Literati, exceptis quatuor, prorsùs abhorruerunt, tandem feliciter, nonnisi in Siderum Creatoris Gloriam, ac Rei Sideralis commodum suo tempore possem absolvere, atque in publicum proferre.

Nihilominùs Deo confisus alacriter laborem aggreditur.

Auctor initiò unicè etiam intentus fuit, ut solida jaceret fundamenta.

Ad animum igitur statim principiò mihi revocavi, quæ paullò suprà retuli ac inculcavi, ut pariter omnes ingenii nervos intenderem, ne non quoque huic labori, solidissima jacerem fundamenta, atq; universa comportarem, quæ ad condendum, & pleniorem Fixarum Catalogum penitùs

tùs novum proferendum ſpectare arbitrabar. Atque ita nulli labori ſumptibusque peperci, abſit gloriola, ut illa omnia aſſequi potuerim. Tandem etiam eo usque ex voto ſucceſsit (pro quibus Altisſimo ex toto pectore æternas ago gratias) ut meo quali quali judicio me omnia illa conſarcinaſſe, elaboraſſe, obtinuiſſe putarim, quæ non ſolùm ad reſtitutionem Fixarum, ſed etiam ad totum Aſtronomiæ Prodromum conſcribendum, imò ad omnium Planetarum Tabulas corrigendas, novamque Aſtronomiam condendam ſpectare & ſufficere videbantur; quanquam, ut verum fatear, plurimum negotii mihi faceſſerint, ut facilè mi lector intelligis, priusquam ea omnia ex animi ſententiâ obtinere datum fuerit.

Id quod feliciter quoq; ſucceſſit.

Sed proh dolor! cum aliis rariſsimis, pretioſisſimis, nulloque ære redimendis rebus ante aliquot annos, nefandum illud incendium, ut Orbi Literato affatim innotuit, etiam has fuſisſimas, & laborioſisſimas annotationes univerſas (quas eousque conſervaturum putabam, donec integer novus meus Fixarum Catalogus in lucem protrahi poſſet) crudeliter eripuit, ut ne pagellam quidem, vel veſtigium quoddam reliquerit: & exinde nec Epochas luminarium Planetarumque, Eccentricitates, Proſthaphæreſes vel ejus generis alia, licet minima eruere & detegere denuò potuerim. Quas, crede, præ omnibus ferè aliis mihi multò charisſimis, ac omni auro carioribus rebus igne ereptis maximè deploro, & quarum nec dum absque lachrimis meminiſſe datur. Cùm res illæ nullo ære redimendæ, vel comparandæ iterum ſint, & quas etiam ipſe haud unquam nunc rurſùs cum omnibus elucidationibus & demonſtrationibus, ut ut vel maximè velim, atque omni opere adniterer, in tantillo temporis videlicet ſpatio, unâ vice ſimul, planè eâdem ratione reſtituere, & redintegrare valeam, eas nimirùm res omnes, quarum ne veſtigium aliquod remanſit, quas multorum annorum ſpatio ſucceſsivè, datâ occaſione elaboravi.

Quæcunq; Auctor maximo labore elaboraverat, crudele incendium penitùs abſtulit.

Quare Auctor deperdita maximè deploret.

Iis igitur de cauſis, mi Aſtrophile, nimium quantum contriſtor, quòd huncce meum Aſtronomiæ Prodromum non adeò plenè, fusè & omnimodè elaboratum Tibi ſub oculos ſiſtere queam; nihilo tamen minùs ſpem omnem nullatenus abjeci, ſed denuò ab ovo res iſtas omnes alacriter, poſt immane illud incendium, inter tot ac tot ærumnas, curas, occupationes, & moleſtias à malis hominibus mihi objectas, in hâc meâ ſummâ ſenectute aggreſſus ſum; quousque autem Dei ſingularis Benignitas, ea alterâ vice, etiamſi deſtituto omnibus adminiculis, aſſequi indulſerit, Tibi, Candide Lector, ex ſequentibus patebit.

Prodromum Aſtronomiæ ab igne ereptum Auctor denuò conſtruxit.

Verùm, ut ad rem ipſam perveniamus, referendum exiſtimo, qualia fundamenta jecerim, non ſolùm ad novum Fixarum Catalogum eò exquiſitiùs condendum, ſed etiam ad obſervationes meas univerſas eò accuratiùs enucleandas; id quòd omnium primò in accuratiſſimâ cognitione Elevationis Poli illius loci, ubi obſervationes inſtitutæ & peractæ ſunt, conſiſtit: & cùm meas hìc Gedani, in Patriâ meâ, Divinâ adjuvante ope inſtituerim, ac etiam (pro quo Deo ſempiternas debeo grates) feliciter abſolverim, ſummè neceſſarium extitit, ut Elevationem Poli hanc noſtram Gedanenſem ſollicitè & ritè explorarem, maximis & idoneis Inſtrumentis.

Qualia fundamenta Auctor jecerit.

Elevationem Poli Gedanenſem Auctor ſummâ diligentiâ inveſtigavit.

Nisi Elevatio Poli ritè sit detecta, nihil ferè quicquam solidi in studio Astronomico suscipitur.

Extra enim omne dubium, si hæc non exquisitissimè ac securissimâ viâ esset investigata, omnis labor, qui inde dependet, planè foret frustraneus. Nam neque Elevatio Æquatoris, neque ulla aliqua Altitudo Meridiana observata, tam Planetarum quàm Fixarum, alia ut taceam, ad calculum ineundum justè potest rectificari.

An Elevatio Poli semper maneat eadem, est res admodum sublimis.

Deinde exquisitè inventâ tandem, certo tempore Elevatione Poli alicujus loci, summè etiam est necessarium, ut sedulò inquiramus; an dicta Elevatio Poli nunquam non maneat prorsùs eadem; an verò successu temporis varietur: præterea si paullatim mutetur, an uniformiter omni seculo, vel quâ proportione. Quæ sanè ut sublimes & abstrusissimæ indaginis sunt Contemplationes, ita plurimorum annorum exquisitissimas observationes, hæcce ad oculum cuilibet demonstranda, omnimodè exposcunt.

Nonnulli Astronomi statuunt Elevationem Poli esse inconstantem.

Præsertim cùm diversi veterum Astronomorum in eâ fuerint opinione, Elevationem Polarem minimè constantem, sed successu temporis ex parte esse variabilem; unde multi etiam Recentiorum nostri Seculi ambigere cœperunt, quamnam sententiam arripere deberent: maximè ex eo, quòd Nobilis Tycho Brahæus, ex Eliâ Olai Coobservatore suo, (quem idoneo Instrumento Frauenburgum ex Daniâ, eum in finem miserat, ut rursùs Elevationem Poli ibidem observaret, quam anteà Celeberrimus Copernicus detexerat) intellexisset, Elevationem Frauenburgensem ad tria integra minuta eo tempore majorem extare, nempe 54° 22′ 15″, quam aliàs Copernicus 54° 19′ 30″ determinasset, ut legere est ex Epistolâ Tychonis pag. 34; & Tom. I. Progymn. Pag. 34. Adhæc quoque, quòd Veterum observationes, cum Recentiorum observatis, aliquantò seriùs ex Cœlo deductis, ferè nunquam, vel rarò admodùm in omnibus numeris conveniant. Recentissimum exemplum habemus in promptu circa Elevationem Poli Norimbergensem, quæ olim à Celeberrimis Viris, Regiomontano, Walthero & Wernero inventa est 49° 24′ & 26′, vel 27′; nunc verò hoc nostro tempore ad tria vel quatuor imò sex minuta prima integra major est deprehensa, nempe 49° 30′: prout nuperis annis Doctissimi Joh. Philippus Wurzelbaur, & Georgius Christophorus Eimmartus debitâ diligentiâ detexerunt. Qui licet in Orbe Astronomico non ita pridem innotuerint, merentur tamen favorem omnium & vota (ob egregiam illorum observationem Eclipseos Anno 1684, & singularem industriam in Rebus Cœlestibus administrandis) ut Deus O. M. quàm diutissimè Eos conservet, quò possint Rei Astronomicæ bono, plures tales exquisitissimas observationes, ex Cœlo impetratas in publicum proferre.

Elevatio Poli Frauenburgensis.

Elevationem Poli Norimbergensium, aliter Veteres, aliter Recentiores observarunt.

Norimbergensibus Observatoribus omnia felicia Auctor comprecatur.

Ejus generis exempla, ex quibus Altitudinem Elevationis Poli, alio atq; alio tempore planè diversam extitisse, plurima hâc occasione producere possemus, si diutiùs aliquantulùm hîc immorari vellemus; sed ut tempori consulamus, nonnisi unicam tantùm Elevationem Poli adhuc benè notabilem, & quidem loci cujusdam toto Orbe celeberrimi, ubi continuò ferè à multo tempore, Doctissimi, Celeberrimi, atque Rerum Uranicarum Peritissimi vixerunt & adhucdum commorantur, Lutetiæ Parisiorum nimirùm observatam, hîc in medium proferam: ex quibus observationibus plurimi,

In determinandâ Elevatione Poli Parisiensis, Auctores inter se maximè disserunt.

rimi, absque omni dubio, cum Clarisſ. Petro Petito, ſicuti ex ejus Diſſertatione de Latitudine Pariſienſi, pag. 26 & 27 manifeſtum eſt, inducentur, Elevationem Poli eſſe mobilem & dari variationem. Inquit enim: *Circa Latitudinem Lutetiæ Pariſiorum, de quâ me rogas, ut ſcribam, id primò habeo dicendum: ita inter ſe diſcordes eſſe Authores & Geographos, in illâ asſignandâ, ut ſi omnes diverſæ ſententiæ ad calculum vocentur tot cenſeri poſſint, quot à gradu 47 ad 49 ſcrupula interjacent.* Ut autem ſub uno intuitu quilibet ſtatim habeat, maximè notabilem illam diverſitatem, ratione Elevationis Poli Pariſienſis, quid nempe ſenſerint Auctores hujus & prioris ſeculi, & quousque ab invicem diſcedant, hanc ſubſequentem apponere placuit Tabellam.

P. Petitus putat, Elevationem Poli eſſe mobilem.

AUCTORES	Annus	Elevatio Poli Pariſienſis		
		47°	0′	0″
Quidam - - - - - -		48	10	0
Quidam - - - - - -		48	20	0
Quidam - - - - - -		48	30	0
Ptolomæus lib. 2. Geogr. C. 8. - - -		48	38	0
Joh. Fernelius, Medicus. - - - -	1528	48	40	0
Orontius Finæus, Fernelio coævus. - - - -		48	40	0
Alealmus, Merſennus, Bourdinus. - - - -		48	49	0
Franc. Vieta lib. 8. Reſponſorum. - - - -		48	50	0
Comes Paganus, Morinus & Duretus. - - -		48	51	0
Iſmael Bullialdus. - - - - - - - -		48	52	0
Midorgius & Gaſſendus. - - - -	1625	48	52	30
Bechetus. - - - - -		48	54	0
Robervallus, & Henrio Coſmog. pag. 328. - -		48	55	0
Henrio, Coſmog. pag. 325. - -	1614	48	53	10
Petrus Petitus ex Altitudine Solis Meridianâ	1652	48	52	57
Eodem Anno - - - -		48	52	41
Iterum - - -	1654	48	52	46
Eodem Anno - - - -				

Quinam Altitudinem Poli Pariſienſis obſervaverint, & in quantum ab invicem diſcedant.

Ex quâ nunc abundè fit manifeſtum, quòd ab Anno 1528, (ut taceam obſervationes Vetuſtiorum, in quibus differentia Elevationis Poli ad 1° 53′ excreſcit) ad Annum 1654, Diverſitas Poli Altitudinis Pariſienſis ad 15 integra minuta prima excurrat. Quantæ verò magnitudinis ea ipſa ab Anno 1654 hucusque, tam in minutis primis, quàm ſecundis præciſè extiterit, vel reverà adhuc exiſtat, nondum in hunc usq; diem, in ullis ſcriptis reperi, vel à quopiam Amicorum meorum Pariſienſium intellexi, quantam videlicet Celeberrimi Caſſinus, Picardus vel alii, Regiæ Societatis membra, tum quâ viâ & ex quibus obſervatis, & quibus organis, tum quoties eam definiverint: utut præciſa cognitio Elevationis Poli, baſis & præcipuum fundamentum ſit omnium aliarum Obſervationum Cœleſtium; ſicuti non ſolùm Hortenſius, Horroxius, ſed & omnes ad unum Rerum Cœleſtium Accuratiores Scrutatores fatebuntur.

Quanta ſit hoc noſtro tempore genuina & accurata Elevatio Poli Pariſiis; Auctor hucusq; nondum cognovit.

Elevatio Poli eſt fundamentum aliarum obſervationum Cœleſtium omnium.

Etiamsi observatores nonnulli mutationem aliquam Poli statuant, nihilominùs Auctor planè contrarium sentit.

Negari itaque haud poterit alio atque alio tempore, diversos observatores maximè notabilem diversitatem circa Elevationem Poli reperisse, vel potiùs edidisse; verùm quicquid sit, sententiam tamen penitùs diversam, unà cum aliis Eruditissimis Viris foveo: nimirùm Elevationem Poli in toto Orbe Terrarum nullo unquàm tempore immutari, sed perpetuò, eodem scilicet loco, eandem prorsùs permanere. Regerere quidem poteris, etiam ex solis observationibus suprà allatis abundè affatim elucere, dari haud leviusculam variationem in isto negotio. Verùm enimverò, Candide Lector, de his plurima proferenda & scribenda haberemus, si mecum constituissem eandem materiam, & hanc arduam Quæstionem hoc loco solummodò plenariè pertractare, ac funditùs decidere, tum detegere, an hic vel iste Observator à vero aberrasset? an verò diversitas illa ex Instrumentis minùs idoneis, vel ex lubrico modo Altitudinem Poli inquirendi, exorta fuerit; at cùm in sequentibus, quando de ipsis observationibus, tam Planetarum quàm Fixarum loquendum erit, latiorem campum de iis omnibus differendi obtinuero, tum plenè & abundè qualem qualem sententiam meam sum expositurus, nec non plusquàm satis demonstraturus ipsis observationibus, hoc nostro videlicet seculo, à Recentioribus multò propiùs ad metam collimatum esse, quàm à Vetustioribus. Imò non vereor audacter asseverare, non tantùm Altitudinem Poli (id quod hoc loco obiter solummodò dictum esto) sed neque Obliquitatem Eclipticæ, multò minùs Latitudines ullo unquam tempore, vel quicquam nutare; licet diversissimi Celeberrimique Viri, tum Veterum, tum Recentiorum aliter senserint, & adhucdum sentiant: ut suo loco debitè etiam deducetur.

Veteres Astronomi sæpiùs à vero aberrarunt.

Nec Altitudinem Poli, nec Obliquitatem Eclipticæ cum Latitudinibus vel quicquam mutare putat Auctor.

Quoniam igitur extra omnem est controversiam, præ omnibus aliis rebus, exquisitissimam Elevationis Poli habere cognitionem summè esse necessarium, & quidem eo in loco, ubi observationes sunt instituendæ; ideircò manibus pedibusque eò allaboravi, quamprimùm idonea, & debitæ magnitudinis, ex solido metallo confecta organa mihi comparassem, ut omnium primò, priusquam aliquid ex meis observatis derivarem, vel locum alicujus Stellæ supputarem, aliarum omnium securissimâ viâ, per Stellas nempe circumpolares, inprimis ultimam Caudæ Ursæ Minoris (juxta sententiam omnium Astronomorum) dictam Poli nostram Elevationem inquirerem: videlicet ex maximâ & minimâ ejus altitudine, non solùm unâ aut alterâ vice, sed uno aut altero mense sæpiùs, & quidem toties, quoties tantummodò Cœli serenitas & tempus interlunii concessit, majoris certitudinis gratiâ, & quidem Quadrante nostro Azimuthali Magno orichalcico, in Parte I. Machinæ nostræ Cœlestis pag. 149 fusè descripto. Id quod à nobis susceptum fuit Anno 1652, tempore Brumali (Æstate enim id fieri haud potest) die 1, 2, 5, 27 & 29 Novembris, item 3 Decembris Altitudinem Maximam, prout ex parte II. Mach. Nostr. Cœl. liquet, obtinui; Altitudinem verò minimam ex Cœlo deprompsi Anno statim subsequente 1653, die 31 Januarii, 6 & 24 Februarii, cùm serenitas aëris sæpiùs haud indulserit. Ex quibus postmodùm maximâ scilicet Altitudine 56° 55′ 20″, & minimâ 51° 50′ 24″ Elevationem genuinam, more

Auctor omnium primò operam dedit, ut suam Poli Elevationem debitè exploraret.

Quâ viâ, quo Instrumento, ac tempore id susceptum fuerit.

Quanta sit maxima & minima altitudo Meridiana Stellæ Polaris.

more ſolito derivavi; ſubtrahendo videlicet minimam à maximâ altitudine Meridianâ Stellæ Polaris, atque addendo ſemidifferentiam minimæ altitudini, vel quod eodem recidit, ſubtrahendo eandem ipſam maximæ altitudini Merid., atque ſic prodit genuina Elevatio Poli noſtra Gedanenſis pro Anno nempe 1652 completo 54° 22′ 52″: quam poſteà omni occaſione datâ, in omni calculo noſtro adhibui, ac etiam ſucceſſu temporis retinui. Etiamſi Cl. P. Crügerus, Præceptor olim meus fideliſſimus, initio hujus Seculi eam ipſam Elevationem 54° 23′ definiverit. Scias enim dictum Cl. Crügerum eo tempore tantummodò mediocris magnitudinis ligneum Quadrantem, ex defectu meliorum iſti negotio adhibuiſſe; attamen ſatis mirari nequeo eousque eandem Altitudinem illum aſſequutum eſſe, ut nonniſi ad 8′ à noſtrâ diſcedat: quæ diſcrepantiola non attendenda & facilè negligi poſſunt 8 ſecunda, ut nemo non Obſervatorum ultrò fatebitur. Verùm quando diverſi Obſervatores, & Exercitatiſſimi Viri, eodem in loco, uti Pariſiis, ad 15 integra minuta prima ab invicem diſcedunt; profectò à nemine id excuſari poterit.

Genuina Elevatio Poli Gedanenſis quanta.

Dicta Elevatio Poli quanta à Crügero olim ſit obſervata.

Cæterùm, etſi in his obſervationibus Altitudinem Poli concernentibus & ipſe omnimodam diligentiam, quousque licuit, adhibuerim, magno illo præſtantiſſimo Quadrante Azimuthali; nihilominùs tamen iterum, elapſis 24 vel 25 annis, eandem ipſam Poli altitudinem obſervandam & examinandam eſſe duxi: præprimis, quoniam Deus O. M. benigniſſimè vitam, ſanitatemque mihi eousque conceſſerat, nec non illud Inſtrumentum integrum, atque in continuo uſu conſervaverat; deindè ut poſſem quæſtionem illam, inter Eruditos hactenus de mutatione Poli agitatam, ipſe etiam decidere. Etenim, cùm ſingulis annis continuò variationem Longitudinis & Declinationis Fixarum optimè & diſtinctè, adminiculo meorum Inſtrumentorum deprehendere potuerim (quemadmodùm quilibet curioſior Aſtrophilus, qui obſervationes univerſas meas in Parte ſecundâ Mach. Noſtr. Cœleſt. traditas, aliquantò penitiùs perveſtigaverit, luculenter perſpiciet, etiam ex ſubſequentibus clarè demonſtrabitur) uriq; ſperabam me etiam ſpatio 25 annorum, mutationem Poli, ſi aliqua in naturâ daretur, etiamſi unicum minutum non excederet, haud difficulter detecturum: maximè eam ob felicitatem (quæ aliàs pauciſſimis obtigit) quòd dictam Elevationem ante 25 annos acquiſitam eodem ipſo Inſtrumento planè adhuc integro, eodemq; loco prorsùs immoto, alterâ vice rursùs poſſem explorare. Quippe res tales ſubtiliſſimæ, mi Aſtroſophe, longè accuratiùs indagantur uno eodemq; Inſtrumento, quàm diverſiſſimis, quæ aliis atque aliis plerumque gaudent diviſionibus, atque Dioptris, unde facilè diſcrepantiola, etiam omnium circumſpectiſſimo Obſervatori obvenire poteſt.

Majoris certitudinis gratiâ Auctor elapſis 25 circiter annis, iterum eandem Poli ſui Altitudinem inquiſivit.

Auctor variationem Declinationis quotannis optimè poteſt deprehendere.

Uno eodemq; Inſtrumento Auctor ſæpiùs Altitudinem Poli rimatus eſt.

Hinc evenit, ut hanc alteram obſervationem ſummâ alacritate, & cupiditate ſuſceperim, Anno videlicet 1675, 1676, & 1677, non unâ aut alterâ vice, ſed quoties id fieri tantummodò potuit, & quidem maximam Altitudinem Stellæ Polaris obſervavi Anno 1675, die 22, 24 & 25 Octobris: item Anno 1676 die 27, 28 & 30 Novemb. tum 1 & 5 Decembr.; mini-

Quo anno alterâ vice, datâ operâ, Elevatio Poli Gedanenſis ſit obſervata.

minimam verò Anno 1677, die 2, 3, 8, 10, 23, 25 & 26 April. Animadverti autem tum protinùs, quòd ex omnibus obſervatis, utraque Altitudo Meridiana Stellæ Polaris longiſſimè diſcederet, ab iſtis Altitudinibus Meridianis, ante 25 annos ex cœlo, etiam ſummâ induſtriâ deductis; unde admodùm initiò ſum conſternatus, quòd utraque altitudo, ex omnibus ferè obſervationibus, à prioribus Altitudinibus Anno 1652 obtentis, ad integra ferè ſeptem minuta prima diſcederet. Sed actutum, dum rem aliquantò altiùs perpenderem, mihique ad animum revocarem, quòd id neceſſariò ita evenire debuiſſet, licet Elevatio Poli ne hilum quidem unquam mutaretur. Fixæ enim univerſæ, certum exercent motum longitudinis, ſecundùm Eclipticæ ductum, ut Aſtronomis eſt compertum: proinde Declinationes Fixarum omnium, & per conſequens, etiam earum Altitudines, quotannis pro diverſitate ſitûs & ſignorum creſcunt vel decreſcunt. Idcircò nullo modo turbari me paſſus ſum, ſed in obſervando pergebam alacriter, nihil quicquam magis in votis habens, quàm ut omni tempore Quadrantem ſub ipsâ lineâ Meridianâ, atque ad perpendiculum præciſè retinerem, numeros exquiſitiſſimè dijudicarem, in minutis & ſecundis, quousque id fieri poſſet, tum etiam ſemper manu meâ annotarem. Quæ omnia ipſe ſemper ſolus peregi; quippe nemini, quisquis etiam ille ex meis Studioſis & Coobſervatoribus fuiſſet, illud negotium concredidi; non ignorans, quòd Obſervator Principalis eâ ratione ſæpiùs (ut Nob. Tychoni non rarò obtigit) ſeduci & decipi non nequeat.

Auctor initiò admodùm conſternatus, quòd Stellæ Polaris Altit. Merid. maxima & minima, in utrâq; obſervatione, non omninò ſibi reſpondeant.

Unde diverſitas illa oriatur.

Auctor omnia pro viribus peregit.

Expeditis itaque obſervationibus iſtis omnibus in opere ipſo ſecurè progreſſus ſum, ſubtrahendo, ut ſuprà diximus, Minimam Altitudinem à Maximâ, ſicq; differentia utriusque altitudinis 14 minutis integris minor reddebatur, ex hâc ultimâ obſervatione Anno 1676 & 1677 peractâ, atq; ſemiſſis differentiæ, diſtantia Stellæ Polaris nempe ab ipſo Polo 7 minutis itidem minor: ſiquidem Anno 1652 diſtantia à Polo 2° 32′ 28″, Anno verò 1676 & 1677 tantùm 2° 25′ 27½″ extitit. Attamen progrediendo ulteriùs in ſupputatione genuinæ altitudinis Poli, planè eadem Elevatio Poli exorta eſt, nempe 54° 22′ 52½″, quæ ante 25 annos inventa erat, niſi quòd ad ſemiſecundum à priori tantummodò diſcederet; licet, ut ſanctè affirmare poſſum, me nullas Altitudines eo tempore habitas neglexiſſe, vel ullas elegiſſe, multò minùs pro lubitu (ut ſæpiùs fit) eas correxiſſe & artificiolo aliquo doloſo ad conſenſum coëgiſſe; ſed eas omninò aſſumpſiſſe, quæ ſæpiùs in ipſis minutis convenirent: prout quilibet ipſe haud gravatim ex Parte II. Mach. Noſtr. Cœl. An. 1679 jam editâ clarè admodùm perſpiciet.

Eadem planè Elevatio Poli Anno 1676, 77, quæ anno 1652 inventa eſt.

Auctor omnia candidè peregit.

Ex quibus nunc abundè fit manifeſtum, Elevationem Poli, dummodò tantùm in quolibet loco ea ſæpiùs omni diligentiâ, majoribus & accuratiſſimis Organis, à benè Exercitatis Cœleſtium Rerum Scrutatoribus indagetur, nullibi neque creſcendo, neque decreſcendo vacillare: minimè etiam dubito, ſi ab initio fundationis Regiæ Societatis Gall. ab Anno ſcilicet 1660 circiter hucusque Lutetiæ Pariſiorum aliquoties ab illis Exercitatisſimis Viris, ſed amplioribus Inſtrumentis inveſtigatum fuiſſet, quin

Dummodò rectè, & competentibus Organis Elevatio Poli inquiratur, licet diverſiſſimo tempore, attamen omnes eandem ſemper permanere experientur.

quin idem manifestò pariter comperissent, sed cùm hucusque à plurimis id neglectum sit, poterit id à Posteritate abundè resarciri.

Tandem ut operatio ipsa ex Observationibus nostris pro Elevatione Poli Gedanensi immutabili eò clarior evadat, totum calculum hîc apponam, priusquam ulteriùs pergamus: ut quilibet eò rigidiùs Observationes omnes examinare, perpendere, & cum iis in Mach. meâ Cœl. Part. II. jam typis evulgatis conferre possit, tum clarè perspiciat omnia bonâ fide esse tradita, ac ritè peracta.

Pro Altitudine Poli Dantiscanâ.

Altitudo Meridiana Stellæ Polaris Maxima.

Altitudines Meridianæ Stellæ Polaris maximæ & minimæ An. 1652 & 1653.

		Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1652, *die* 1 *Nov. obs. Mach. Cœl. pag.* 24.		56	55	20	*Quadr. Azim. M.*
2 *Nov.*	*pag.* 24 *Lib. II.*	56	55	15	
5 *Nov.*	*pag.* 24	56	55	20 *	
27 *Nov.*	*pag.* 24	56	55	20	
29 *Nov.*	*pag.* 24	56	55	20	
3 *Dec.*	*pag.* 24	56	55	25	

Altitudo Meridiana Stellæ Polar. Minima.

		Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1653, *die* 31 *Jan. observ. pag.* 33		51	50	25	*Quadr. Azim. M.*
	Mach. Cœl. Lib. II.				
die 6 *Febr.*		51	50	24	
24 *Febr.*		51	50	24 *	

	Gr.	Min.	Sec.	
Altitudo Meridiana Maximæ Stellæ Pol.	56	55	20	
Minimæ	51	50	24	*subtr.*
Differentia	5	4	56	
Semissis	2	32	28	*Distantia à Polo, quæ addita*
Minimæ Meridianæ Altitudini	54	22	52	*Fit Elevatio Poli Gedan.*

Rursùs Altitudo Poli ex Observationibus Anni 1675.

Altitudo Merid. Stellæ Polaris Maxima.

Altitud. Merid. Stellæ Polaris maxima & minima An. 1675, 1676 & 1677.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1675, *die* 22 *Octobr. pag.* 736 *Lib. II. Mach. Cœl.*	56	48	0	*vel* 10″
die 24 *Octobr.*	56	48	20	*vel* 25″
die 27 *Octobr.*	56	48	30	*dub.*
Anno 1676 *die* 27 *Nov. pag.* 784 *Lib. II. Mach. Cæl.*	56	48	10	*Qu. A. M.*
die 28 *Nov.*	56	48	20	
die 30 *Nov.*	56	48	10	*Cœlo subn.*
die 1 *Dec. pag.* 785 *lib. II. Mach. Cœl.*	56	48	20	
die 5 *Dec.*	56	48	20	

Altitudo Merid. Minima Stellæ Polaris.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1677 *die* 2 *Aprilis pag.* 790 *Lib. II. Mach. Cœl.*	51	57	25	*Qu. A. M.*
die 3 *Aprilis*	51	57	25	
die 8 *Aprilis pag.* 791 *Lib. II. Mach Cœl.*	51	57	25	
die 10 *Aprilis*	51	57	25	*vel* 30″
die 23 *Aprilis*	51	57	30	
die 25 *Aprilis pag.* 792 *Lib. II. Mach. Cœl.*	51	57	30	*Cœlo subn.*
die 26 *Aprilis*	51	57	30	

Quanta sit inventa Altitudo Poli Gedani.

		Gr.	Min.	Sec.	
Altitudo	*Maxima Stellæ Pol.*	56	48	20	
	Minima	51	57	25	*subtr.*
	Differentia	4	50	55	
	Semissis	2	25	$27\frac{1}{2}$	*Distantia à Polo, quæ addita*
Minima Altitudini Meridianæ		54	22	$52\frac{1}{2}$	*Fit Elevatio Poli Gedanensis, planè ut anteà.*

Elevatio Poli intra 25 Annos nequicquam variata.

Manifestum igitur est, Candide Lector, prout jam suprà memini, Elevationem Poli nostram, tam Anno 1652, quàm Anno 1676 & 1677, & quidem meliori ratione & viâ, quæ unquam dari potest, planè eandem esse inventam. Quibus tamen nondum fui contentus, sed majoris certitudinis caussâ, & ut Observationes meæ eò majorem mererentur fidem, præsertim apud illos, qui invidiâ ducti, aliorum labores facilè carpunt, ac suggillant, qui non erubescunt audacter asseverare, se sexagies omnia posse accuratiora reddere, quàm me meis Instrumentis, meque per nuda pinnacidia vix ac ne vix tria vel quatuor integra minuta prima discernere, aliter rem aggressus sum. Quapropter hanc ipsam Poli Elevationem Gedanensem in superfluum, aliâ prorsùs diversâ ratione investigemus; ut non solùm dicta Poli Altitudo magis magisque stabiliatur, sed etiam omnes meæ Observationes à Malevolis & Invidis tandem in suo pretio relinquantur, ac apertè commonstretur, me duo triave integra minuta utique rectè discernere potuisse, tum Tabulam nostram novam Refractionum rectè esse à nobis fundatam: quod profectò nullatenus successisset, si ullâ aliquâ parte à nobis fuisset aberratum, neque ullum exemplum sequentium, priori calculo, ex Stellâ Polari inito, adeò accuratè in minimis potuisset respondere. Calculus autem subsequens ex ejusmodi Stellis est susceptus, quæ quidem non minùs sunt circumpolares, & perpetuæ apparitionis, sed in hoc à Stellâ Polari differunt, quòd illarum Altitudines Maximæ Meridianæ ultra octuagesimum excurrant gradum, è contra earum Altitudines Minimæ adeò sint declives, ut per Refractiones primùm corrigi debeant.

Ut Momi eò certiores fiant de certitudine Observationum & Instrumentorum Auctoris; adhuc aliâ viâ rem Auctor suscipit.

Ex aliis stellis circumpolaribus, Elevatio Poli indagatur.

Quas Stellas tamen non anxiè elegi atque studio consarcinavi, sed profectò omnes & singulas arripui, quas in observationibus meis, sive Machinâ Nostrâ reperire potui; quarum scilicet utraque Altitudo Meridiana maxima & minima debitè est observata: cujus generis non nisi 20 extiterunt, inter quas adhuc quinque occurrunt, quæ tantummodò ab uno latere, ob nimiam declivitatem determinari, nonnullæ etiam ob earum situm horizonti nimis vicinum, haud accuratè distingui potuerunt; ideoq; has quinque inter vacillantes reposui, etiam statim annotatum est in observatis meis, prout ex Altitudine minimâ Meridianâ Algol, An. 1675, 19 Aprilis obtenta, & ex Machinâ Nostrâ pag. 706. clarè elucet. Reliquas verò 15 omnes, sine discrimine ad Elevationem Poli eruendam retinui: imò bonâ fide affirmare queo, quòd eo tempore, cùm istarum 15 Stellarum Altitudines Meridianæ à me observarentur, nunquam mihi in mentem venerit, aliquando etiam ex illis Elevationem Poli me investigatu-

Et quidem ex omnibus promiscuè quarum Altitudo Meridiana Maxima & Minima est observata.

gaturum; ſed eo fine ſolummodò ex Cœlo deduxi, ut ex maximâ earum Altitudine Meridianâ Declinationes genuinas, & ex minimâ earum Refractiones deducerem & ſtabilirem.

Quæ eandem Elevationem Poli exhibent, ſi paucisſima ſecunda excipias.

Quamobrem, quia hæ 15 Stellæ ex propoſito ad negotium Elevationis Poli nullatenus ſunt ex Cœlo depromptæ, ſed ſine diſtinctione omnes, omnes dico, quæ adfuerunt, ut ut inter illas octo, quartæ & quintæ exſtarent magnitudinis, adhibitæ; nihilominùs tamen admodùm præcisè, prout ex decem exemplis elucet ad 5″, 4″, 3″, 2″ imò 1″ (unicum exemplum ſi excipias, quod ad 22″ diſcrepat) conveniant, nemo profectò negare poterit, eas ſummam mereri fidem, & noſtræ Altitudini Polari, cæterisque obſervationibus omnibus, magnum addere pondus, atque ſatis evidentem certitudinem.

Ex quibusnam Stellis Elevatio Poli fuerit quæſita.

Stellæ autem, quas ad alterum hunc modum eruendi Elevationem Poli adhibui, ſunt ſubſequentes: 1. Lucida Pedis Andromedæ Alamac dicta, 2 magn. 2. Sequens dextri Pollicis Andromedæ 4 magn. 3. In extremo Catenæ annulo dextræ manus Andromedæ 4 magn. 4. Dextrum genu Andromedæ 5 magn. 5. Capella 1 magn. 6. Humerus dexter Aurigæ 2 magn. 7. In Annulo Armillæ Charæ 5 magn. 8. In Fronte Charæ ſive ſub Caudâ Urſæ majoris præcedens 9. Cauda Cygni 2 magn. 10. In Auſtrali pede ſequens Cygni 4 magn. 11. Lucida Lyræ 1 magn. 12. Flexura lateris Perſei 3 magn. 13. In Ungulâ poſteriori ſiniſtr. Bor. Urſæ Majoris 4 magn. 14. In Ungulâ poſteriori Auſtr. Urſæ Majoris 4 magn. 15. In genu ſiniſtro poſt. Urſæ Majoris 5 magn.

Quomodo calculus inſtituendus.

Ipſa autem operatio ita peragitur; nimirùm Maxima Altitudo Meridiana datæ Stellæ ſubtrahatur à ſemicirculo 180°, huic reſiduo addatur minima Altitudo ejusdem Stellæ Meridiana, ſed correcta, cujus ſummæ ſemiſſis, eſt genuina Elevatio Poli. At notes velim, non eſſe perinde, ex cujus Auctoris Tabulâ, Refractionem depromas; ſed ex meâ omninò oportet; quam ſummâ diligentiâ, ex plurimis obſervationibus conſtruxi, & quæ à Tychonis Tabulâ longisſimè, nempe ad 4 integra minuta circa Horizontem recedit: prout ſuo tempore ſuoque loco patebit, ubi datâ operâ de Parallaxibus & Refractionibus agetur. Nam ſi ſecundùm Tychonis Refractiones, Altitudines minimæ Meridianæ corrigantur, non unicum exemplum præcisè reſpondebit; ſed ad duo minuta integra prima aberrabit: unde palam fit Nob. Tychonis Refractiones eſſe erroneas, de quibus impoſterùm pleniùs.

Altitudines minimæ per noſtras Refractiones corrigendæ ſunt.

Tychonis Tabula Refractionum correctione indiget.

Altitudo Poli Gedanenſis ex aliis quindecim Fixis comprobata, & corroborata.

Altitudo Poli Gedan. 15. Stellis corrobatur.

Ex Alamac.

Ex Alamac

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obſerv. An. 1674. 16 Dec. Lib. II. Mach. Cœl. p. 673.	76	23	5	
Semicirculus	179	59	60	
Reſiduum	103	36	55	
Altit. Minima correct. obſ. An. 1675. 20 April. Lib. II. Mach. Cœl. p. 707	5	9	0	*Add.*
Summa	108	45	55	
Semiſis Summæ, eſt Elevatio Poli quæſita	54	22	57½	

Ex Pollice dextro seq. Andromedæ.

Ex Pollice dext. seq. Andromedæ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1674, 18 Dec. Lib. II. Mach. Cœl. pag. 674	78	13	0	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	101	47	0	
Minima Alt. correct. obs. An. 1676. 24 Jan. Lib. II. pag. 749	6	58	55	*Add.*
Summa	108	45	55	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	$57\frac{1}{2}$	

Ex Extremo Catenæ Annulo Andromedæ.

Ex extremo Catenæ annulo Andromedæ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Alt. Max. Merid. obs. An. 1674. 13 Decemb. p. 672. Item An. 75 p. 724.	76	15	0	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	103	45	0	
Alt. Minim. correct. obs. An. 1676. 24 Januar. pag. 749	5	1	0	*Add.*
Summa	108	46	0	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	23	0	

Ex dextro genu Andromedæ.

Ex dextro genu Andromedæ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1674, 25 Decembr. Lib. II. pag. 677	81	8	0	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	98	52	0	
Altit. Minima corr. obs. An. 75. 15 & 19 April. pag. 705 & 706	9	53	25	*Add.*
Summa	108	45	25	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	$42\frac{1}{2}$	

Ex Capella.

Ex Capellâ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1674. 16 Decemb. Lib. II. pag. 675.	81	15	15	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	98	44	45	
Altit. Minima corr. obs. Anno 1675. 22 April. Lib. II. pag. 708	10	0	15	*Add.*
Summa	108	45	0	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	30	

Ex Humero dextro Aurigæ.

Ex Humero dextro Aurigæ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. Anno 1674. 16 Decembr. Lib. II. pag. 674	80	29	15	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	99	30	45	
Altit. Minima corr. obs. An. 1675. 20 April. Lib. II. pag. 706	9	15	0	*Add.*
Summa	108	45	45	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	$52\frac{1}{2}$	

Ex Annulo Armillæ Charæ.

Ex Annulo Armillæ Charæ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1675. 5 Januarii Lib. II. M. C. pag. 684	75	43	30	
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	104	16	30	
Altit. Minima corr. obs. Anno 1675. 21 Octobr. Lib. II. pag. 735	4	29	0	*Add.*
Summa	108	45	30	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita.	54	22	50	

Ex

Ex Fronte Charæ, sive sub Caudâ præced. Ursæ Majoris.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. Anno 1675. 25 Febr. & 23 Martii pag. 697	78	45	10	*Ex Fronte Charæ.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	101	14	50	
Altit. Minima corr. obs. An. 1675. 21 Octobr. Lib. II. pag. 735	7	31	0 *Add.*	
Summa	108	45	50	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	55	

Ex Caudâ Cygni.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1677. 3 Octobr. Lib. II. pag. 798.	79	47	45	*Ex Caudâ Cygni.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	100	12	15	
Minima Alt. corr. obs. An. 1675. 20 & 23 Decembr. pag. 741 & 742	8	33	7 *Add.*	
Summa	108	45	22	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	41	

In Austr. pede seq. Austr. Cygni.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1677. 3 & 4 Octobr. Lib. II. p. 798	78	18	45	*Ex Eâ, in Austr. Pede seq. Austr. Cygni.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum.	101	41	15	
Altit. Minima corr. obs. An. 1675. 20 Decembr. Lib. II. pag. 741	7	4	40 *Add.*	
Summa	108	45	55	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	57	

Ex Lucidâ Lyræ.

	Gr.	Min.	Sec.	
Alt. Max. Merid. obs. An. 1675. 24 & 25 Maj. Lib. II. pag. 713	74	8	40	*Ex Lucidâ Lyræ.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	105	51	20	
Altit. Minim. corr. obs. An. 1676. 3 Januar. Lib. II. pag. 744	2	54	25 *Add.*	
Summa	108	45	45	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	$52\frac{1}{2}$	

Ex Flexurâ Lateris Persei.

	Gr.	Min.	Sec.	
Alt. Max. Merid. obs. An. 1674. 25 Decembr. Lib. II. pag. 677	82	18	40	*Ex Flexurâ Lateris Persei.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	97	41	20	
Altit. Minim. corr. observ. An. 1676. 10 Maj. Lib. II. pag. 766	11	4	26 *Add.*	
Summa	108	45	46	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	53	

Ex Ungulâ post. sinistr. Bor. Ursæ Majoris.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obs. An. 1675. 20 Febr. Lib. II. M. C. pag. 696	80	8	20	*Ex Ungulâ post. sinist. Bor. Ursæ Majoris.*
Semicirculus	179	59	60	
Residuum	99	51	40	
Altit. Minim. corr. observ. An. 1675. 20 Octobr. Lib. II. pag. 734	8	54	5 *Add.*	
Summa	108	45	45	
Semissis Summæ, est Elevatio Poli quæsita	54	22	$52\frac{1}{2}$	

Ex Ungulâ poſt. Auſtr. Urſæ Majoris.

Ex Ungulâ poſt. Auſtr. Urſæ Majoris.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Mer. obſ. An. 1675. 23 Mart. Lib. II. Mach. Cœl. pag. 702.	78	44	0	
Semicirculus	179	59	60	
Reſiduum	101	16	0	
Altit. Minima corr. obſ. Anno 1675. 26 Octobr. Lib. II. pag. 734.	7	29	48	*Add.*
Summa	108	45	48	
Semisis Summæ, eſt Elevatio Poli quæsita	54	22	54	

In genu ſiniſtr. poſt. Auſtr. Urſæ Majoris.

Ex genu ſiniſtro poſt. Auſtr. Urſæ Majoris.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Max. Merid. obſ. Anno 1675. 23 Mart. Lib. II. pag. 702.	80	32	40	
Semicirculus	179	59	60	
Reſiduum	99	27	20	
Altit. Minima corr. obſ. An. 1675. 21 Octobr. Lib. II. pag. 734.	9	17	55	*Add.*
Summa	108	45	15	
Semisis Summæ, eſt Elevatio Poli quæsita	54	22	$37\frac{1}{2}$	

Mirâ obſervationum convenientia.

Ex quibus nunc Sole clariùs eluceſcit, etiam ex aliarum diverſarum Fixarum maximis & minimis Altitudinibus Meridianis, etiam ex minimarum 4 & 5 magnitudinis, Elevationem noſtram Poli ſatis accuratè prodire, imò ex ſeptem exemplis in ipſis quoque ſecundis, olim quæsitæ Elevationi Poli reſpondere; de quo, ſanè, mi Lector, mecum miraberis, quòd hocce negotium adeò feliciter ſucceſſerit. An alius aliquis tam Veterum, quàm Recentiorum Obſervatorum, abſit gloriola, alibi adhuc longè accuratiùs Elevationem ſuam Poli deduxerit, imò ſexagies adhuc præciſiùs, ut Cl. Hookius gloriosè ſibi perſuadet, nondum hucusque percepi, nec audivi, neque unquam legi, multò minùs ex ipſo opere vidi.

An Hookius Elevationem Poli ſuam ſexagies adhuc præciſiùs poteſt elicere Auctor meritò dubitat.

Tertiò; poteſt etiam Elevatio Poli cujusvis loci ex quâcunque aliarum Fixarum unicâ ſolâ Altitudine Meridianâ, quocunque etiam tempore ſit obſervata, elici, ſeu potiùs prior olim inventa examinari; ſed dicta Altitudo Meridiana oportet ut ſit ab Exercitato Obſervatore, Inſtrumentis Majoribus, & idoneis detecta, ac ſæpiùs repetita; adhæc requiruntur ad hunc calculum ſtellarum illarum genuinæ & exactisſimæ Declinationes, non minùs vera proportio motûs, quomodo videlicet declinationes ſingulis annis creſcant, & decreſcant: id quod hucusque, à nemine adhuc in illis ſtellis omnibus eſt accuratè detectum, neque determinatum.

Ex cujusq; Stellæ Altitudine Meridianâ Elevationem Poli inveſtigare.

Quâ ratione id fiat.

Altitudo Poli ex altitud. Merid. Pollucis.

Exempli gratiâ: Quæratur ex Altitudine Pollucis Meridianâ, Anno 1674, die 18, 22 & 24 Martii obſervatâ, nimirùm 64° 25′ 15″, Elevatio Poli Gedanenſis; ſubtrahendo ab hâc, ejusdem anni competentem veram Declinationem, quam ex Noſtrâ Tabulâ Aſcenſionis & Declinationis Fixarum, Catalogo noſtro ſubſequenti annexâ elicere poteris: dummodò benè attendas præciſam partem porportionalem & completos annos, ſi eam ſub anno 1660 non invenias, atque ſic provenit Elevatio Æquatoris, cujus complementum ad 90° eſt Elevatio Poli Gedanenſis.

1. Altitudo Stellæ Pollucis Merid. — *Gr. Min. Sec.* 64 25 15
Genuina Declinatio Bor. ex Tab. nostrâ — 28 40 2 *subtr.* — *Ex Alt. Stellæ Pollucis Merid.*
Provenit Elev. Æquatoris — 35 37 13
Quadrans Circuli — 89 59 60
Elevatio Poli Gedanensis — 54 22 47 *non nisi*
ad 5″ ab illâ superiori, ex Stellis circumpolaribus inventâ discedit.

2. Altit. Merid. Lucidæ Colli Leonis, observ. An. 1671, die 26 Febr. — *Gr. Min. Sec.* 57 7 25
Declinatio Bor. ex Tabulâ nostrâ ad An. 1671 — 21 30 10 *subtr.* — *Ex Alt. Merid. Lucid. Colli Leonis.*
Provenit Elevatio Æquatoris Gedani — 35 37 15
Quadrans Circuli — 89 59 60
Provenit Elevatio Poli Gedanensis, deficiunt tantùm 7″ — 54 22 45

3. Altit. Merid. Caudæ Leonis obs. An. 1660, 29 Mart. — *Gr. Min. Sec.* 52 6 45
Declinatio Bor. ex Tabulâ nostrâ ad eundem Annum — 16 29 37 *subtr.* — *Ex Alt. Merid. Caudæ Leonis.*
Provenit Elevatio Æquatoris — 35 37 8
Quadrans circuli — 89 59 60
Elevatio Poli Gedanensis — 54 22 52
planè in secundis ipsis, ut suprà ex Stellâ Polari.

4. Altit. Merid. Lucid. Mandib. Ceti obs. An. 1674, d. 27 & 28 Nov. — *Gr. Min. Sec.* 38 24 40
Cujus declinatio Bor. ad eundem Annum ex Tabulâ nostrâ — 2 47 33 *subtr.* — *Ex Alt. Merid. Lucid. Mandib. Ceti.*
Fit Elevatio Æquatoris — 35 37 7
Quadrans Circuli — 89 59 60
Provenit Elevatio Poli exactissimè, ut in praeced. exemplo — 54 22 53

Ejus generis Exempla, pro majori confirmatione, quamplurima alia, imò tot, quot placuerit ex Parte II. Mach. nostr. Cœlest. depromere possem, quæ æque præcisè Elevationem nostram Poli producent; eâ tamen expressâ lege, si non semel, sed diversis vicibus, majoris certitudinis gratiâ sint observatæ, nec non Declinationes Illarum exactissimè in secundis excerptas, calculo adhibeas. At non est, quòd quisque sibi persuadeat, ex quâlibet cujuscunque Fixæ Altitudine Meridianâ leviusculo aliquo Quadrante, integros tantùm gradus vel semigradus, imò licet singula minuta prima commonstrante, uno die tantummodò semel impetratâ, se posse veram, & accuratam Elevationem Poli elicere: profectò nequaquam! Ex eo enim accidit, quòd major Pars Antecessorum, etiam plurimi Recentiorum, qui hâc tantùm ratione, & non per circumpolares Elevationem Poli investigârunt, adeò enormiter aberrârunt, atque inter se invicem sunt discordes; ut parùm iis observationibus tribuendum; quemadmodùm etiam Parisiis Cl. P. Petitus ipse Elevationem Poli suam ex unâ solâ Altitudine Solis Meridianâ inquisivit; id quod sanè adhuc magis lubricum est. Pariter haud majorem fidem merentur Nautarum observationes omnes in Navibus habitæ, Astrolabiis & Quadrantibus illis minoribus; si nonnunquam metam attingunt, profectò magis Fortunæ, quàm

Si Altit. Merid. leviusculo aliquo Quadrante sint impetratæ, negotium minimè succedit.

Unde Antecessores in determinatione Elev. Poli adeò enormiter nonnunquam aberrârunt.

Nautæ rarò admodùm circa Elevationem Poli metam attingunt.

quàm artificio obſervandi eſt adſcribendum, penitusque ſum perſuaſus, ſæpiùs ad ſemigradum imò gradum integrum, ne dicam ampliùs illos hallucinari: quæ tamen Naucleri facilè contemnunt.

Aliâ adhuc ratione obſervandi Elevationem Poli eruere.

Ultimò, alium adhuc modum obſervandi Poli Elevationem hîc apponam, quo plerumque uſi ſunt, & adhuc utuntur (per circumpolares enim, qui omnium aliorum eſt tutior & accuratior, non cuivis datum eſt, rem iſtam eruere) quem primo intuitu diceres æque certum, & reliquorum multò faciliorem: nimirùm per nudas quaslibet Altitudines Solares, quas omni tempore ſereno determinare cuilibet facilè licet. Verùm enim verò, meo quali quali judicio, hanc rationem, aliarum omnium puto eſſe poſtremam, & maximis erroribus obnoxiam, tum in quâ operatione, quisquis etiam ille ſit Obſervator, nimiùm quantum aberrare poterit; non quidem propterea, quòd non valeamus majoribus, & fide digniſſimis Organis ſingula quina ſecunda diſtinctè commonſtrantibus (qualia noſtra fuerunt) Solis Altitudinem dirimere; ſed ex eo, quòd res diverſiſſimæ, in deductione & computatione, pro certiſſimis aſſumuntur, quæ primùm neceſſariò debent in anteceſſum demonſtrari, & quæ hucusque à nemine nondum ſunt deciſæ vel ſtabilitæ, res ſcilicet illas omnes ſeſe ita, & non aliter habere. Nimirùm primò oportet, ut ſtabilitam, & confirmatam abundè Obliquitatem Eclipticæ habeamus, in quâ etiam Primarii Siderum Scrutatores in hunc usque diem non omninò conveniunt; de quâ tamen Tabula Declinationum dependet, & ſine quâ nulla prorsùs Altitudo Solaris, ad Elevationem Poli eruendam expedire conceditur. Secundò neceſſe eſt, ut habeamus præcognitam Solis Parallaxin, quæ ab Auctoribus diverſa planè ſtatuitur, & Refractionem Solis in omni Altitudine, & quod maximum, ut de motu Solis omnimodè ſimùs ſecuri; quem tamen (ut liberè loquar) nemo adhuc Gentium, nec ipſe Kepplerus (qui aliorum omnium Prædeceſſorum huic rei maximam impendit operam) omnibus numeris planè abſolutum reddidit: prout ſuo tempore pleniùs à nobis commonſtrabitur. Nam niſi accuratiſſimè locum Solis habeamus exploratum, quomodo quæsò in ipſis minutis primis & ſecundis, genuinam & competentem Solis Declinationem (licet Tabula Declinationum ſit abſolutiſſima) obtineamus. Quod ſi cupias, dictum motum Solis ex Ephemeridibus, etiam omnium præſtantiſſimis depromere, res fit adhuc magis ac magis intricatior: quippe tum etiam omnium locorum Differentiam Meridianorum benè ut habeas exploratam neceſſe eſt; quæ tamen in paucisſimis totius Terræ locis rectè ac debitè eſt detecta, plurimisque Obſervationibus Eclipſium, & Occultationum Stellarum eſt corroborata. Ideoque huic modo vix quicquam tribuo: quandoquidem Peritus aliquis Obſervator non niſi hâc ratione ſeſe ludibrio Orbi Literato exponit, etiamſi Altitudines Solares in utroque Solſtitio Æſtivo & Brumali obtentæ fuerint. Quas ob rationes, licet ab Anno 1652, ad Annum usque 1679 innumeras, majoribus & exactiſſimis Inſtrumentis Altitudines Solis Meridianas ex Cœlo deprompſerim, nihilominùs tamen haud conſultum eſſe duxi, nec adhuc duco, Elevationem

Quare ex Alt. Meridianis Solaribus non æq. correctè Altitudo Poli indagetur.

Absq. Obliquitate Eclipticæ, per Altit. Solis Merid. nulla Poli Altitudo inveſtigatur.

Motus Solis nondum hucusq; omnimodè fuit correctus.

Per Altit. Merid. Solis haud conſultum eſt, Elevationem Poli inquirere.

Auctor ex Altit. Merid. Solis haud voluit Elevationem ſuam Poli deducere.

nem Poli nostram ex iis deducere. Nam concesso, nonnunquam eâ ratione feliciter succedere opus, attamen, ut jam tetigi, magis casu & fortuitò id accidisse, quàm ut certitudini supputationis sit adscribendum. Quare omnium tutius est, acquiescamus solummodò prioribus duobus modis, si in minutis primis & secundis Elevationem Poli deducere satagas. Quibus verò haud multùm interest, an in integris gradibus, vel semigradibus eandem obtineant, per me licebit, quânam viâ id tentent.

Priores modi omnium sunt tutiores pro investigando Altitudinem Poli.

CAPUT II.

Quomodo Instrumenta & Observationes examinari possunt exactissimè.

SI quis Rem sublimiorem Studiorum Astronomicorum omnium, in quibus cardo versatur totius Scientiæ Sideralis, atque Observationes, quæ ad corrigendum Planetarum motum, vel Catalogum Fixarum sufficiunt, suscipere secum constituit, summè necessarium profectò est, ut Instrumenta omnibus numeris absoluta, ac debitæ magnitudinis in promptu habeat, iisque omni industriâ quævis peragat. Verùm hæc nondum sufficiunt; oportet namque, ut pariter ad oculum commonstretur, ac demonstretur, Posteritatis, totiusque Orbis Astronomici gratiâ, se ejus generis idonea, absoluta, subtilissimè divisa, in quibus dioptræ fideliter ad amussim collocatæ, Organa possideat, vel possederit, quibus Observationes peregit, tum quoque seipsum, Observatorem nempe visu polluisse, ut Stellas etiam minimas optimè distinguere nudo oculo valuerit, atque sic omnia debitè, & accuratissimè peregisse.

Qui solidiora Rerum Cœlestium suscipere satagit, necesse est, ut habeat correctissima Instrumenta.

Et quid præterea ad hoccè negotium requiratur.

Meque non minùs talia accommodatissima Instrumenta possedisse, acutissimis oculis, per tot ac tot annos (prout ex Machinâ nostrâ Part. II. patet) pro meis viribus, absque omni tædio, & lassitudine, summâ curâ omnia administrasse, nunc in hoc capite evidentissimè & plenissimè, signis omni luce clarioribus probare mecum constitui. Ne non Invidi, quibus absque perspiciliis, vitrisque opticis Res Cœlestes contemplari haud datur, convincerentur, me DEI Gratiâ, abundè tria vel quatuor minuta integra, adminiculo nudorum pinnacidiorum, nudisque oculis distinguere valuisse; atque sic nolentes volentes eò redigerentur, ut labores meos & sudores, in suo pretio relinquant: donec ipsi vel alii quædam longè accuratiora, non quidem verbis, sed opere ipso proferant.

An Auctor perfecta Organa possederit & observationes debitè administraverit.

Nudis oculis Auctor utique exquisitè Observationes peregit.

Eàdem ratione quoque Celeberrimus Tycho Brahæus rem aggressus est; ut ex Progymnasmatibus pag. 200. liquet: quandoquidem hæc via omnium aliarum est tutissima. Quanquam deinde etiam alia diversa examina detegemus, quorum beneficio manifestum fiet, universa debitè ac ritè esse administrata. Rem autem ipsam ita aggressus est: Stellas Fixas præ aliis insigniores, optimè conspicuas octo elegit; utpotè Lucidam Arietis, Palilicium, Pollucem, Regulum, Spicam, Superiorem in sinistrâ manu Serpentarii, Lucidam Aquilæ, Marcab Pegasi, circa Æquatorem & Eclipticam existentes, totumque Cœli ambitum complectentes, vel integrum circulum distantiis suis constituentes. Ex quarum Stellarum Declinationibus, atque inter se invicem Distantiis diligentissimè observatis, investigavit trigonometricè earum Differentias Ascensionales, posteà eas in unam summam conjecit (ut pag. 203. Progymnas. legere est) quæ omninò integrum circulum, nempè 360 gradus exhibent, exceptis tantummodò 4 secundis; id quod ad amussim proposito satisfacit. Sed exoptandum fuisset, ut Nobis Posterisque simul commonstrasset, quo tempore, quibus Instrumentis, & quoties distantias earum Stellarum obtinuisset; pariter quoties Altitudines Meridianas cujusvis Stellæ deprompsisset, tum quâ ratione illas ad eundem Annum deduxisset, cùm unaquævis Stella singulis annis diversimodè, ratione Declinationis varietur: quò quilibet perspiciat ac intelligat, nihil prorsùs coacti fuisse suppositum. In his enim Rebus Astronomicis adeò momentaneis, & subtilissimis, haud facilè quicquam credendum, quod non ipsimet, ratione & oculis assequi possumus, & quod non denuò examinare datur. Adhæc si distantia aliqua, vel Altitudo Meridiana alicujus Fixæ, semel tantummodò ex Cœlo est deducta, licet ab omnium Exercitatissimo Observatore, perfectissimis & maximis Instrumentis, nihil quicquam tamen illis tribuendum: quandoquidem in ejusmodi rebus, quæ in ipsis secundis consistunt, facilè aberratur.

Quâ ratione Tycho & Autor demonstraverit, Instrumenta extitisse omninò correcta, atq; is etiam correctissimè fuisse Observatum.

Quid Tychoni porrò incubuisset.

Non facilè credendum in rebus Astronomicis, quod non ratione & oculis assequi possumus.

Proindè, mi Astrophile, ut quilibet clarè perspiciat, quàm sincerè, attentè, curiosè & quot vicibus hæc omnia comportaverim, tum me nihil quicquam studiò correxisse (ut fieri in istis rebus utique potest) sed omnia omninò reliquisse & exhibuisse, ut major pars Observationum in ipsis secundis ostendit, & quibus observatis Asterismus * esset adscriptus: quæ ut semper omnium certiora mihi visa sunt, sic ea etiam ad calculum elegi. Quoniam igitur primò octo Fixarum distantiis, ad huncce calculum opus habemus, volui quoque ex iis ipsis, quas Nob. Tycho elegit, sed ex nostris Observationibus, subsequens examen instituere; atque ita in antecessum indicabo, quando, quantæ, quibus Instrumentis, & quoties diversissimis annis, mensibus, ac diebus, dictæ intercapedines Fixarum sint observatæ: id quod haud gravatim hoc loco fieri potest, cùm in Machinâ meâ Cœlesti Parte II, Libro IV, universæ distantiæ, secundùm ordinem Alphabeticum, in unum fasciculum sunt collectæ, ut ibidem videre est.

Autor candidè omnia peregit.

Ex octo, & quibus distantiis Autor examen instituerit.

Quoties Autor distantias dictas repetierit.

Pri-

Primò; Lucida Arietis à Palilicio ab Anno 1657 ad Annum 1674 usque diversis annis & diebus, diversis Instrumentis, diversisque Observatoribus viginti septies à se invicem observatæ sunt, nimirùm intercapedinem illam, esse 35° 32′ 15″: prout benevole Lector, ipsemet perspicere potes ex Machinâ nostrâ Parte II, Lib. IV pag. 278. *Distantia Luc. Arietis à Palilicio quoties observata.*

Secundò; Distantia Palilicii à Polluce 23 vicibus ab Anno 1657 ad 1674 deducta, nempe 45° 3′ 40″, ut pag. 358 Mach. Cœl. Lib. IV. legere est: quam etiam posteà firmiter retinui, licet Nob. Tycho, ad duo integra minuta prima & ultrà, eam majorem determinaverit. *Distantia Palilicii à Polluce quoties observata.*

Tertiò; Distantia Pollucis & Reguli Leonis 14 vicibus ex Cœlo, majoribus, idoneisque Instrumentis, atque operâ diversorum Observatorum deprompta est; Anno nempe 1657, 1658, 1666, 1671 & 1673, & quidem esse 37° 0′ 0″, testante abundè Machinâ nostrâ Cœl. pag. 356. *Distantia Pollucis à Regulo.*

Quartò; Distantia Reguli à Spicâ undecies observata est, in Mach. nostrâ, imò 16 vicibus, si eas Observationes etiam attendamus, quas post editam Machinam, cum Cl. Hallejo & aliis Coobservatoribus, ut pag. 17 & 21 ex Anno meo Climacterico patet, peregimus ab Anno 1658 ad 1671, esse nempe 54° 1′ 55″, ut pag. 371 Mach. Nostr. Cœl. Lib IV est manifestum. *Distantia Reguli à Spicâ.*

Quintò; Distantia Spicæ, à superiori in sinistrâ manu Serpentarii observata pariter est undecies ab Anno 1659 ad Annum 1671, nimirùm 42° 33′ 0″ ut liquet ex Mach. Nostr. pag. 408. *Distant. Spicæ à superiori in sinistr. manu Serpentarii.*

Sextò; Distantia Stellæ superioris in sinistrâ manu Serpentarii à Lucidâ Aquilæ observata est undecies ab Anno 1659 ad Annum 1679, diversissimis Observatoribus 55° 19′ 0″, prout in Mach. Nost. pag. 272 Lib. IV annotavimus. *Dist. in sinistr. manu Serpent. à Lucidâ Aquilæ.*

Septimò; Distantia Lucidæ Aquilæ, à Marcab Pegasi ex Cœlo deducta est 19 vicibus, ab Anno 1658 ad Annum 1674, 47° 48′ 10″, cum Exercitatis Coobservatoribus, ut patet ex Mach. pag. 271. *Distant. Lucid. Aquilæ à Marcab.*

Octavò; Distantiam Marcab, à Lucidâ Arietis, 21 vicibus, ab Anno 1658 ad 1674 observavimus, ut nemini non liquidum est, ex Mach. Nost. Lib. IV pag. 277. *Dist. Marcab, à Lucidâ Arietis.*

Atque ita habes illas octo distantias, ad calculum adhibendas. Optarem ut adeò brevibus, sub oculos ponere possem Astrophilis, quâ ratione Declinationes genuinas ad Annum completum 1660 derivaverim; sed hocce negotium aliquantò erit prolixius; intereà tamen maximè id conducit: quò nemo non intelligat, quàm anxiè omnia ad hunc calculum pertinentia inquisiverim, tum etiam omnes reliquas Stellas tam hactenus cognitas, quàm à me primùm detectas, atque in meo novo Catalogo exhibentur simili ratione, ex tot ac tot diversissimis Observationibus Altitudinum Meridianarum, illarum Declinationes pervestigaverim; & me nunquam uni soli observationi vel quicquam tribuisse: nam in quo Anno vel mense tantummodò semel Altitudo Meridiana alicujus Stellæ ex Cœlo deprompta erat, illam planè neglexi, exempli gratiâ: *Quâ ratione & quoties genuinæ Declinationes derivatæ fuerint.* *Nunquam Auctor uni aut alteri observationi quicquam tribuit.*

Quoties Altit. Merid. Luc. Arietis fuerit observata.

1. Lucidæ in vertice Arietis Altitudo Meridiana Quadrante nostro Azimuthali primò observata est

		Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1672, *die* 2 *Januarii*		57	31	25	
3 *Januarii*		57	30	55	
		57	31	0	
4 *Januarii*		57	30	50	
Anno 1673, *die* 16 *Novembr.*		57	32	0	*
9 *Decembr.*		57	32	0	*f.* 5″
11 *Decembr.*		57	32	0	*
Anno 1676, *die* 5 *Decembr.*		57	33	0	
	vel	57	32	50	

Motus Fixarum Declinationis Auctori plurimùm facessivit negotii.

Ex his Altitudinibus Meridianis, Declinationem Lucidæ Arietis, ad Annum scilicet completum 1660 (cùm majorem Catalogum Fixarum ad eundem Annum ediderim) investigavi, etiamsi alio atque alio anno & quidem diversissimis mensibus Altitudo Meridiana esset obtenta; ad quod negotium autem requiritur necessariò, verus motus Declinationis cujusvis Stellæ annuus; quem profectò non nisi maximo labore mihi comparavi: quoniam à Prædecessoribus nunquam adhuc satis exquisitè fuit determinatus. Proinde coactus fui ex meis ipsis plurimorum Annorum Observationibus illum primum eruere; quod in Posterorum maximum verget commodum.

Processus Calculi pro investigandis Declinationibus.

Ipsa autem praxis hujus operationis hæc est: ab alicujus Stellæ Altitudine Meridianâ benè certâ & sæpiùs stabilitâ, subtrahe Elevationem Æquatoris, nimirùm 35° 37′ 8″ jam suprà sufficienter confirmatam, atque sic prodit Declinatio Stellæ ad eundem Annum, quo Altitudo Meridiana fuit deprehensa: quoniam autem Declinatione ad Annum 1660 opus habemus, necesse est, ut Declinationis motum annuum pro tot Annis adhibeamus, vel addendo, vel subtrahendo, prout Tabula nostra Declinationum & Ascensionum, tum ratio Annorum exposcit: Exempli gratiâ:

Ex diversis Alt. Merid. Lucidæ Arietis investigatur Declinatio ejus ad Annum 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1672, *die* 2 *Jan. Altitudo Meridiana Lucidæ Arietis observata est*	57	31	25	
Elevatio nostra Æquatoris est	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Lucid. Arietis pro Anno 1672	21	54	17	
Motus 11 *Annorum Declin. subtrahitur*		3	17	
Atq; ita provenit genuina Declinatio pro An. 1660	21	51	0	*Bor.*

Quam aliis exemplis adhuc confirmemus.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1673, *die* 16 *Novembr. Altit. Merid. inventa est*	57	32	0	
Elevatio Æquatoris Gedanensis	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Lucidæ Ariet. pro An. 1673	21	54	52	
Motus 13 *Annorum Declinationis itidem subtrah.*		3	52	
Provenit Declinat. Luc. Arietis pro Anno 1660	21	51	0	*Bor.*

Rur-

Rursùs ex aliâ Altitudine Meridianâ Lucidæ Arietis.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1676, *die* 5 *Decembr. Altit. Merid. Lucid. Arietis*	57	33	0	
Elevatio Æquatoris Gedanensis	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declin. Lucidæ Arietis pro Anno 1676	21	55	52	
Motus Declinationis 16 *Annorum absq. uno mense*		4	46	*subtr.*
Provenit genuina Declinatio pro An. 1660	21	51	6	*Bor.*

	Gr.	Min.	Sec.	
Item An. 1676 *Altit. Merid. Lucidæ Arietis*	57	32	50	
Elevatio Æquatoris Gedanensis	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Luc. Arietis pro Anno 1676	21	55	42	
Motus Declinationis		4	46	*subtr.*
Provenit genuina Declinat. pro Anno 1660	21	50	56	*Bor.*

2. *Palilicii Altit. Merid. Quadr. nostro Azim. observata est*

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1672, *die* 23 *Januarii*	51	27	10	*s.* 15
27 *Januarii*	51	27	15	
29 *Januarii*	51	27	0	*
Anno 1674, *die* 8 *Januarii*	51	27	30	
	51	27	10	
die 28 *Novembr.*	51	27	15	

Quæritur Declinatio Palilicii pro An. 1660

Quæritur Declinatio Palilicii pro Anno 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1672, *die* 29 *Januarii Altit. Merid. Palilicii*	51	27	0	
Elevatio Æquatoris	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Palilicii pro Anno 1672	15	49	52	
Motus Declinationis		1	52	*subtr.*
Provenit genuina Declinat. Palilicii pro An. 1660	15	48	0	*Bor.*

	Gr.	Min.	Sec.	
Rursùs Anno 1674 *die* 28 *Novembr. Alt. Merid. Palilicii*	51	27	15	
Elevatio Æquatoris Gedanensis.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Palilicii pro An. 1674	15	50	7	
Motus Declinationis		2	6	*subtr.*
Provenit Declinatio Palilicii pro An. 1660	15	48	1	*Bor.*

3. *Pollucis Altit. Merid. Quadrante nostro Azim. Observ. est*

	Gr.	Min.	Sec.
Anno 1674, *die* 11 *Martii*	64	25	40
12 *Martii*	64	25	0
18 *Martii*	64	25	15
22 *Martii*	64	25	15 *s.* 10″
24 *Martii*	64	25	15 *

Quæritur Declinat. Pollucis pro An. 1660.

Quæritur Declinatio Pollucis pro Anno 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1674, *die* 18, 22, & 24 *Mart. Altit. Merid. Pollucis.*	64	25	15	
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Pollucis pro An. 1674	28	48	7	
Motus Declinationis		1	33	*Add.*
Provenit Declin. Pollucis pro An. 1660	28	49	40	*Bor.*

Quæritur Declinat. Reguli pro An. 1660.

4. *Reguli Altitudo Meridiana, Quadrante nostro Azimuth. observata est*

	Gr.	Min.	Sec.
Anno 1660, *die* 15 *Martii*	49	16	15
27 *Martii*	49	16	10
Anno 1671, *die* 26 *Febr.*	49	13	15 *f.* 20
9 *Martii*	49	13	20
25 *Martii*	49	13	15
Anno 1673, *die* 25 *Novembr.*	49	12	0 *f.* 5
Anno 1676, *die* 11 *Martii*	49	11	10 *f.* 15

Quæritur Declinatio Reguli pro Anno 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1660, *die* 27 *Martii Altit. Merid. Reguli*	49	16	10	
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Reguli pro Anno 1660	13	39	2	
Motus Declinationis			14	*subtr.*
Provenit Declinatio Reguli pro Anno 1660 *compl.*	13	38	48	*Bor.*
	Gr.	*Min.*	*Sec.*	
Aliter, Anno 1671, *die* 26 *Febr. & 25 Mart. Altit. Merid. Reguli*	49	13	15	
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Reguli pro Anno 1671	13	36	7	
Motus Declinationis		2	50	*Add.*
Provenit Declinat. Reguli pro Anno 1660	13	38	57	*Bor.*
	Gr.	*Min.*	*Sec.*	
Anno 1673, *die* 25 *Novembr. Altit Merid. Reguli*	49	12	0	
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinat. Reguli pro An. 1673	13	34	52	
Motus Declinationis		3	40	*Add.*
Provenit Declinatio Reguli pro An. 1660	13	38	32 *	*Bor.*
	Gr.	*Min.*	*Sec.*	
Anno 1676, *die* 11 *Martii Alt. Merid. Reguli*	49	11	15	
Elevatio Æquatoris	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinat. Reguli pro An. 1676	13	34	7	
Motus Declinationis		4	22	*Add.*
Provenit Declinatio Reguli pro An. 1660	13	38	29	*Bor.*

Quæritur Declinat. Spicæ pro An. 1660.

5. *Spicæ Altitudo Meridiana, Quadrante nostro Azimuth. observata est*

	Gr.	Min.	Sec.
Anno 1671, *die* 9 *Martii*	26	14	0
11 *Martii*	26	13	45
12 *Martii*	26	13	40
13 *Martii*	26	13	40
Anno 1674, *die* 11 *Aprilis*	26	12	30 *
12 *Aprilis*	26	12	10
13 *Aprilis*	26	12	40

Quæritur Declinatio Spicæ pro Anno 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1671, *die* 12, & 13, *Mart. Altit. Merid. Spicæ*	26	13	40	*subtr.*
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	
Prodit Declinatio Spicæ pro An. 1671	9	23	28	
Motus Declinationis		3	15	*subtr.*
Provenit genuina Declin. pro An. 1660	9	20	13	*Austr.*

Aliter

	Gr. Min. Sec.
Aliter Anno 1674, *die* 11 *April. Altid. Merid. Spicæ*	26 12 30 *subtr.*
Elevat. Æquatoris Gedan.	35 37 8
Prodit Declinat. Spicæ pro Anno 1674	9 24 38
Motus Declinationis	4 13 *subtr.*
Provenit genuina Declinatio Spicæ pro Anno 1660	9 20 25 * *Aust.*

6. *Superioris in manu sinistr. Serpentarii sup. Altit. Merid. Quadr. Azimuthali observata est*

Quæritur Declinat. sup. in sinistr. manu Serpent. ad Annum 1660.

	Gr. Min. Sec.
Anno 1671, *die* 11 *Martii*	32 51 35 *
12 *Martii*	32 51 40
13 *Martii*	32 51 30
Anno 1674, *die* 11 *Martii*	32 51 20
12 *Martii*	32 51 0 *
13 *Martii*	32 51 0

Quæritur Declinatio hujus Stellæ pro Anno 1660.

	Gr. Min. Sec.
Anno 1671, *die* 11 *Martii Altit. Merid. hujus Stellæ*	32 51 35 *subtr.*
Elevatio Æquator. Gedan.	35 37 8
Prodit Declinat. Stellæ pro An. 1671	2 45 33
Motus Declinationis	1 48 *subtr.*
Provenit genuina Declinatio Stellæ pro Anno 1660	2 43 45 * *Aust.*

	Gr. Min. Sec.
Rursùs An. 1674, *die* 12 & 13 *Martii Altit. Merid. Stellæ*	32 51 0 * *subt.*
Elevatio Æquatoris	35 37 8
Prodit Declinat. Stellæ pro Anno 1674	2 46 8
Motus Declinationis	2 23 *subtr.*
Provenit genuina Declinatio illius Stellæ pro Anno 1660	2 43 45 *Austr.*

7. *Lucidæ Aquilæ Altit. Merid. Quadrante Azim. observata est.*

Quæritur Declinat. Lucidæ Aquilæ pro Anno 1660.

	Gr. Min. Sec.
Anno 1653, *die* 17 *Augusti*	43 38 30
21 *Augusti*	43 38 30
22 *Augusti*	43 38 15
23 *Augusti*	43 38 30
25 *Augusti*	43 38 30
26 *Augusti*	43 38 30
Anno 1671, *die* 14 *Augusti*	43 41 0 *
15 *Augusti*	43 41 25

Quæritur Declinatio Lucid. Aquilæ pro Anno 1660.

	Gr. Min. Sec.
Anno 1653, *die* 17, 21, 23, 25 & 26 *Aug. Altit. Merid. Aquilæ*	43 38 30
Elevatio Æquatoris Ged.	35 37 8
Prodit Declinat. Aquilæ pro Anno 1653	8 1 22
Motus Declinationis	54 *Add.*
Provenit genuina Declinatio Aquilæ pro Anno 1660	8 2 16 * *Bor.*

	Gr. Min. Sec.
Rursùs, Anno 1671, *die* 14 *Aug. Merid. Aquilæ*	43 41 0
Elevat. Æquatoris Gedan.	35 37 8 *subtr.*
Prodit Declinatio Aquilæ pro Anno 1671	8 3 52
Motus Declinationis	1 26 *subtr.*
Provenit genuina Declinat. Aquilæ pro An. 1660	8 2 26 *Bor.*

8. *Mar-*

Quæritur Declinatio Marcab pro An. 1660

8. *Marcab Altitudo Meridiana Quadr. Azim. observata est*

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1674, *die* 13 *Decembr.*	49	7	40	
15 *Decembr.*	49	7	35	*Ego verò, ut tutiùs incederem* 49° 7′ 30″
16 *Decembr.*	49	7	15	*elegi & ad calculum retinui.*

Quæritur Declinatio Marcab pro Anno 1660.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1674, *die* 13 *Decembr. Altit. Merid. Marcab*	49	7	30	
Elevatio Æquatoris Gedan.	35	37	8	*subtr.*
Prodit Declinatio Marcab pro Anno 1674	13	30	22	
Motus Declinationis		4	29	*subtr.*
Provenit genuina Declinatio Marcab pro Anno 1660	13	25	53	* *Bor.*

Quâ ratione Differentiæ Ascensionales ab Auctore fuerint investigatæ.

Ex his nunc inventis Declinationibus diverso tempore impetratis, nec non superioribus, certiores elegi, atque ex iis postmodùm Differentias Ascensionales harum Stellarum summâ diligentiâ beneficio Logarithmorum trigonometricè investigavi. Et ut quilibet curiosior Astrophilus uno intuitu statim conspiciat, quomodo sese habeant omnia, atque etiam debitè examinare possit, ipsum totum calculum hîc apposui: videbis summam harum Differentiarum Ascensionalium esse 359° 59′ 56″, sic ut tantùm 4″ ab integro circulo 360° deficiant. Id quod profectò & ipsemet valdè demiror, quòd res adeò subtilis, intricata, & ex ejusmodi diversissimis rebus, prolixiori calculo primùm deductis, tam exquisitissimè integrum circulum produxerit. Negari itaque haud potest, si in unâ aut alterâ Distantiâ, vel in ullâ aliquâ Declinatione, ad paucula tantùm secunda, ne dicam ad integra minuta, aberratum fuisset, nequaquam profectò adeò accuratissimè integrum produxissent circulum.

Quàm præcisè dictæ Differentiæ Asc. integrum circulum exhibeant.

Ipse autem calculus harum Differentiarum Ascens. hâc ratione instituitur.

Exemplum calculi & quâ methodo institutus schemate commonstratur.

In Triangulo sphærico obliquangulo PST, hujus Schematis, vel alterius A, Capiti Sexto inserti in Figurâ A *, datis omnibus lateribus, SP Complementum Declinationis Primæ Arietis SD, PT Complementum Declinationis Palilicii TB, & ST Distantia earundem: itaque datur etiam angulus SPT, quem mensurat arcus Æquatoris DB, id est Differentia Ascensionum. Ergò Differentia Declinationum, si sint ejusdem Denominationis; vel Summa earundem, si diversæ, & addatur & subtrahatur Distantiæ Stellarum. Quærantur etiam semisummæ & semidifferentiæ Logarithmi, inque unam conjiciantur Summam, à quâ Declinationum Antilogarithm. Summa subtracta, relinquit Logarithmum, cujus dimidium est Logarithmus semissis Anguli quæsiti. Ergò hujus duplum erit Differentia Ascensionalis DB.



Fig. A

Quæ-

Quærantur nunc ex Declinationibus obſervatis, & ex calculo deductis, pariter ex Diſtantiis obſervatis Differentiæ Aſcenſionales illarum octo Stellarum.

Inter Lucidam Arietis & Palilicium.

	Gr.	Min.	Sec.					
Declinatio Lucidæ Arietis	21	51	0	*Bor.*	*Antilog.*	7455		*Differentia Aſcenſionalis, inter Lucid. Arietis & Palilicium.*
Declinatio Palilicii	15	48	0	*Bor.*	*Antilog.*	3851	*Add.*	
Differentia	6	3	0		*Summa*	11306		
Diſtantia utriusq; Stellæ	35	32	15					
Summa	41	35	15					
Semiſis	20	47	37½		*Logarith.*	103562		
Differentia	29	29	15					
Semiſis	14	44	37½		*Logarith.*	136849	*Add.*	
					Summa	240411		
					Summa Antil.	11306	*ſubtr.*	
					Logarith.	229105		
	18	32	45		*Semiſis*	114552½		
Differentia Aſcenſ. quæſita	37	5	30					

Inter Palilicium & Pollucem.

	Gr.	Min.	Sec.					
Declinatio Palilicii	15	48	0	*Bor.*	*Antilog.*	3851		*Differ. Aſcenſ. inter Palilicium & Pollucem.*
Declinatio Pollucis	28	49	40	*Bor.*	*Antilog.*	13232	*Add.*	
Differentia	13	1	40		*Summa*	17083		
Diſtantia utriusq; Stellæ	45	3	40					
Summa	58	5	20					
Semiſis	29	2	40		*Logarith.*	72259		
Differentia	32	2	0					
Semiſis	16	1	0		*Logarith.*	128765	*Add.*	
					Summa	201024		
					Summa Antil.	17083	*ſubtr.*	
					Logarith.	183941		
	23	29	35		*Semiſis*	91970½		
Differentia Aſcenſ. quæſita	46	59	10					

Inter Pollucem & Regulum.

	Gr.	Min.	Sec.					
Declinatio Pollucis	28	49	40	*Bor.*	*Antilog.*	13232		*Differ. Aſcenſ. inter Pollucem & Regulum.*
Declinatio Reguli	13	38	32	*Bor.*	*Antilog.*	2862	*Add.*	
Differentia	15	11	8		*Summa*	16094		
Diſtantia utriusq; Stellæ	37	0	0					
Summa	52	11	8					
Semiſis	26	5	34		*Logarith.*	82137		
Differentia	21	48	52					
Semiſis	10	54	26		*Logarith.*	166485	*Add.*	
					Summa	248622		
					Summa Antil.	16094	*ſubtr.*	
					Logar.	232528		
	18	13	10		*Semiſis*	116264		
Differentia Aſcenſ. quæſita	36	26	20					

Inter Regulum & Spicam.

		Gr. Min. Sec.				
Differentia Ascens. inter Regulum & Spicam.	*Declinatio Reguli*	13 38 32	*Bor.*	*Antil.*	2862	
	Declinatio Spicæ	9 20 25	*Austr.*	*Antil.*	1335	*Add.*
	Summa	22 58 57		*Summa*	4197	
	Distant. utriusq. Stellæ	54 1 55				
	Summa	77 0 52				
	Semissis	38 30 26		*Logarith.*	47384	
	Differentia	31 2 58				
	Semissis	15 31 29		*Logarith.*	131807	*Add.*
				Summa	179191	
				Summa Ant.	4197	*subtr.*
				Logar.	174994	
		24 38 14		*Semissis*	87497	
	Different. Ascens. quæsita	49 16 28				

Inter Spicam & superiorem in sinistrâ manu Serpentarii.

		Gr. Min. Sec.				
Differentia Ascens. inter Spicam & sup. in sinistr. man. Serpent.	*Declinatio Spicæ*	9 20 25	*Austr.*	*Antilog.*	1335	
	Declin. sup. in sin. man. Serp.	2 43 45	*Austr.*	*Antilog.*	113	*Add.*
	Differentia	6 36 40		*Summa*	1448	
	Distantia utriusq. Stellæ	42 33 0				
	Summa	49 9 40				
	Semissis	24 34 50		*Logarith.*	87712	
	Differentia	35 56 20				
	Semissis	17 58 10		*Logar.*	117600	*Add.*
				Summa	205312	
				Summa Antil.	1448	*subtr.*
				Logar.	203864	
		21 9 7		*Semissis*	101932	
	Different. Ascens. quæsita.	42 18 14				

Inter superiorem in sinistrâ manu Serpentarii & Aquilam.

		Gr. Min. Sec.				
Differentia Ascens. inter Super. in sin. manu Serpentarii & Aquilam.	*Declinatio sup. in sin. man. Serp.*	2 43 45	*Austr.*	*Antil.*	113	
	Declinatio Lucidæ Aquilæ	8 2 16	*Bor.*	*Antil.*	987	*Add.*
	Summa	10 46 1		*Summa*	1100	
	Distantia utriusq. Stellæ	55 19 0				
	Summa	66 5 1				
	Semissis	33 2 30½		*Logarith.*	60653	
	Differentia	44 32 59				
	Semissis	22 16 29½		*Logarith.*	97008	*Add.*
				Summa	157661	
				Summa Antilog.	1100	*subtr.*
				Logar.	156561	
		27 12 6		*Semissis*	78280	
	Differ. Ascens. quæsita	54 24 12				

Inter

Inter Aquilam & Marcab.

	Gr. Min. Sec.		
Declinatio Lucidæ Aquilæ	8 2 16	*Bor. Antilog.*	987
Declinatio Marcab	13 25 53	*Bor. Antilog.*	2773 *Add.*
Differentia	5 23 37	*Summa*	3760
Distantia utriusq. Stellæ	47 48 10		
Summa	53 11 47		
Semissis	26 35 53½	*Logarith.*	80355
Differentia	42 24 33		
Semissis	21 12 16½	*Logarith.*	101694 *Add.*
		Summa	182049
		Summa Ant.	3760 *subtr.*
		Logar.	178289
	24 12 33	*Semissis*	89144½
Different. Ascens. quæsita	48 25 6		

Different. Asc. inter Aquilam & Marcab.

Inter Marcab & Lucidam Arietis.

	Gr. Min. Sec.		
Declinatio Marcab	13 25 53	*Bor. Antil.*	2773
Declinatio Lucidæ Arietis	21 51 0	*Bor. Antil.*	7455 *Add.*
Differentia	8 25 7	*Summa*	10228
Distantia utriusq. Stellæ	43 37 25		
Summa	52 2 32		
Semissis	26 1 16	*Logar.*	82393
Differentia	35 12 18		
Semissis	17 36 9	*Logar.*	119597 *Add.*
		Summa	201990
		Summa Antil.	10228 *subtr.*
		Logar.	191762
	22 32 28	*Semissis*	95881
Different. Ascens. quæsita.	45 4 56		

Different. Asc. inter Marcab & Luc. Arietis.

Ex observ. & Catalogo nostro Declinationes.	Gr. Min. Sec.	Distantiæ ex Observationibus nostris.	Gr. Min. Sec.	Dist. ex nostris Long. & Latit. supputatæ.	Gr. Min. Sec.
Lucidæ Arietis	21 51 0 *B.*	*Arietis & Palilicii*	35 32 15		35 32 13
Palilicii	15 48 0 *B.*	*Palilicii & Pollucis*	45 3 40		45 3 42
Pollucis	28 49 40 *B.*	*Polluc. & Reguli*	37 0 0		37 0 5
Reguli	13 38 32 *B.*	*Reguli & Spicæ*	54 1 55		54 1 46
Spicæ	9 20 25 *A.*	*Spicæ & Stellæ in Serp.*	42 33 0		42 33 0
In fin. man. Serp. sup.	2 43 45 *A.*	*Stellæ in Serp. & Aquil.*	55 19 0		55 19 9
Lucid. Aquilæ	8 2 16 *B.*	*Aquilæ & Marcab*	47 48 10		47 48 10
Marcab.	13 25 53 *B.*	*Marcab & Luc. Ariet.*	43 37 25		43 37 14
Lucid. Ariet.	21 51 0 *B.*	*Summa*	360 55 25		360 55 19

Declinationes ex Catalogo nostro & ex Observationibus, nec non Distantiæ ex Longit. & Latit. supputatæ.

Argumentum, Loca Stellarum Auctoris esse correcta.

Ex quibus manifestissimè patet, & Longitudines, Latitudinesque nostras debitè & exactè esse stabilitas.

Differentiæ Ascensionales ex Auctoris Catalogo, & ex superiori Calculo.

	Ascensiones Rectæ ex Nostro Catalogo Magno.			Differentiæ Ascensionales ex nostro Catalogo.			Differentiæ Asc. ex sup. nost. calculo.		
	Gr.	Min.	Sec.	Gr.	Min.	Sec.	Gr.	Min.	Sec.
Lucid. Arietis	27	2	25	37	5	30	37	5	30
Palilicii	64	7	55	46	59	10	46	59	10
Pollucis	111	7	5	36	26	20	36	26	20
Reguli	147	33	25	49	16	28	49	16	28
Spicæ	196	49	53	42	18	14	42	18	14
In man. Serp.	239	8	7	54	24	12	54	24	12
Lucid. Aquilæ	293	32	19	48	25	10	48	25	6
Marcab	341	57	29	45	4	56	45	4	56
Lucid. Arietis	27	2	25	360	0	0	359	59	56
							359	59	60

Deficiunt tantummodò 4″ ut suprà diximus.

Auctor putat, se officio suo satisfecisse.

Nemo igitur Veritatis Amans, ampliùs hærebit, me officio meo hâc in re defuisse, sed potiùs agnoscet ultrò, Instrumenta mea omnibus numeris absoluta, nec non pinnacidia exquisitè collocata, ac ritè rectèque observata fuisse omnia. Abundè affatim, mi Astrophile, ex his etiam intelliges, injuriam mihi fecisse Cl. Hoockium, dum audacter ebuccinaverit, me haud posse ad tria, imò quatuor integra minuta prima Observationes ullas peragere, seque posse sexagies omnia accuratiùs determinare. Verùm prodeat, & non erubescat, nobis pariter suas Declinationes, & Distantias incorruptas, bonâ fide, suâ methodo observatas communicare (quas tamen hucusque, ut ut eas sæpiùs ab ipso efflagitaverim, nondum obtinere potui) ausim facere sponsionem, neutiquam adeò præcisè eas integrum circulum exhibituras, multò minùs sexagies accuratiùs, ut ut universas suas Dioptras Telescopicas, omnisque generis Perspicilia naso, in isto negotio adaptasset; sicuti fusiùs in Anno nostro Climacterico passim commonstratur.

Hoockius Auctori injuriam infert, quòd ebuccinaverit, Auctorem non posse ad tria vel quatuor minuta observationes peragere.

Nunquam Hoockium accuratiora præstiturum autumat Auctor.

Res notatu digna.

Cæterùm hâc occasione datâ, operæ pretium esse duxi mentionem facere alicujus rei, quæ nemini non mira videbitur. Nam, cùm Nostræ Declinationes & Distantiæ, sive ex iis inventæ Differentiæ Ascensionales, uti ex superiori calculo nostro liquidum est, adeò præcisè integrum circulum, exceptis solummodò 4 secundis, producant: quomodo fieri unquam potuerit, quòd Nob. Tycho, æquè ex illis ipsis 8 Stellis: sicuti legere est ex Progymnasmatibus pag. 203, pariter adeò accuratè (exceptis itidem 4 tantùm secundis) integrum Circulum elicuerit; licet nonnullæ Tychonicarum Distantiarum à meis ad unum integrum minutum, imò ad duo ferè, discrepent. Distantiam enim Palilicii à Polluce Nob. Tycho determinavit 45° 5′ 0″, ego verò tantùm 45° 3′ 40″ eam toties deprehendi; secundò, Distantiam Stellæ superioris in sinistrâ manu Serpentarii, à Lucidâ Aquilæ Nob. Tycho constituit 55° 17′ 20″; ego verò illam longè majorem

Nonnullæ Distantiæ Tychonis cum Auctoris suis non conveniunt.

jorem 55° 19′ 0″ deprehendi: tertiò Diſtantiam lucidæ Aquilæ à Marcab, Nob. Tycho ſtatuit eſſe 47° 49′ 40″, ego verò eandem tantùm 47° 48′ 10″ reperi. Ex quibus neceſſariò conſequitur, ex diverſis datis, aliam atque aliam prodire etiam ſummam. Quod autem nihilominùs contrarium planè acciderit, & unde id evenerit in Tychonis calculo Eruditisſimis Viris dijudicandum, ac Rerum Cœleſtium Scrutatoribus inquirendum & examinandum, ſed majoribus & exactisſimis Inſtrumentis relinquo: quisnam videlicet noſtrûm dictas diſtantias rectiùs ex Cœlo deduxerit.

Ex diverſis datis diverſa quæſita etiam oriuntur.

Quisnam rectiùs diſtantias obſervaverit, aliis dijudicandum relinquitur.

Pro majori confirmatione mearum Diſtantiarum hîc producam Cl. Flamſtedii intercapedines illarum Stellarum, quas Londini ipſe obſervavit, atque ante Quadriennium, & quod excurrit, primùm mihi transmiſit; ex quibus videbis ſatis accuratè noſtris reſpondere, inprimis in iſtis tribus Diſtantiis paullò antè allatis: quandoquidem in priore non niſi Differentia eſt 5″; in alterâ nulla; & in tertiâ non niſi 10″. Prout ex ſubſequente Tabellâ clarè patet; in quâ ſub uno intuitu tam Tychonicas, noſtras, quám Flamſtedianas diſtantias habes.

Cl. Flamſtedius & Auctor propiùs conveniunt.

Tychonis Diſtantiæ.				Flamſtedii Diſt.			Noſtræ.			Differen. inter noſtr. & Flam.	
	Gr.	Min.	Sec.	Gr.	Min.	Sec.	Gr.	Min.	Sec.	Sec.	
Lucid. Ariet. à Palilicio	35	32	10	35	32	5	35	32	15	10	*Min.*
Palilic. à Polluce	45	5	0	45	3	35	45	3	40	5	*Min.*
Pollux à Regulo	36	59	30	37	0	55	37	0	0	55	*Maj.*
Regulus à Spicâ	54	2	0	54	2	10	54	1	55	15	*Maj.*
Spica à manu Serpent.	42	33	30	42	32	50	42	33	0	10	*Min.*
Manus Serp. à Luc. Aquilæ	55	17	20	55	19	0	55	19	0	0	0
Aquila à Marcab	47	49	40	47	48	0	47	48	10	10	*Min.*
Marcab à Lucid. Ariet.	43	37	15	43	37	30	43	37	25	5	*Maj.*
Summa	360	56	25	360	56	5	360	55	25		

In quantum Tychon. Flamſtedii & Auctoris Diſtantiæ differant.

Ut autem adhuc plura documenta proferam, abſit gloriola, diſtantias meas omnium propiùs ad metam collimare, obſervationes illarum diſtantiarum hîc apponam, quas in præſentiâ Cl. Halleji (qui ab Illuſtr. Regiâ Societate Noſtrâ Britannicâ, eum in finem planè, ut Inſtrumenta mea rigidè examinaret, miſſus erat Anno 1679) ſemper mutatâ Regulâ Sextantis obtinui: quo tempore, inter reliquas quamplurimas, aliquot menſium ſpatio, ſingulis ſerenis noctibus, ex Cœlo depromptas, meo ſcilicet Sextante Majori, etiam extitit Diſtantia Reguli à Spicâ, quæ deprehenſa eſt à me,

Quid Auctoris obſervationibus tribuendum, Cl. Hallejus teſtabitur.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1679, die 26 Maij	54	1	45	
Secundâ vice	54	1	50	
Tertiâ vice	44	1	55	*
Rursùs die 1 Jun. ſtatim primâ vice	54	1	55	
Denuò die 7 Jun. primâ ſtatim vice	54	1	55	

Ego cum Typographo meo has diſtantias in conſpectu Halleji obtinui.

Mira Obſervationum convenientia.

Altera Distantia Lucidæ Aquilæ à superiori in sinistrâ manu Serpentarii eodem anno observata à me & Typopr.	55°	19′	0″
Alterâ vice ab Hallejo & meo Typographo, sed meo Sextante.	55	19	0
Rursùs à me & Hallejo: ut pag. 17 & 21 Anni Climact. liquet.	55	19	0

Præsente Hallejo Distantiæ observantur.

Eodem quoque An. 1679, præsente Hallejo Distantias Lucidæ Aquilæ dimensus sum meo scilicet Sextante:

Primâ vice Hallejus ipse cum Typographo	47°	47′	50″
Alterâ vice Nathan. Büthnerus cum Typographo.	47	48	0
Tertiâ vice Ego cum Typographo	47	48	10
Quartâ vice Hallejus mecum	47	48	5

Et quidem semper mutatâ Regulâ, ut Cl. Hallejus ipse ultrò fatebitur.

Hæc adhuc fusiùs demonstrare possem, aliis quibusdam Observationibus, post immane illud infortunium meum Anno 1683, prorsùs alio novo Sextante, sed paullò minori, impetratis, prout ex Anno meo Climacterico elucet; sed supervacaneum esse duco. Pergamus igitur ad aliud examen producendum, quod nullis Declinationibus & Ascensionibus nititur, & nihilominùs æquè exactè rei veritatem comprobat, atque à nemine adhuc Observatorum hucusque, quantum sciam, est susceptum.

Elevatio Poli adhuc aliter, ex differentiis Longitudinum examinatur.

Inquirendo nimirùm ex iisdem ipsis octo Stellis Differentias Longitudinis in Ecliptica, ex datis earum Latitudinibus ex nostro novo Catalogo, tum ex superioribus Distantiis, quas in superiori Calculo adhibuimus: & quidem simili ratione, ut suprà circa investigandas differentias Ascensionales factum. Peracto calculo videbimus non solùm an Latitudines nostræ, ex nostro Catalogo Fixarum exhibitæ, sed etiam num Distantiæ rectissimè sint observatæ. Nam oportet ut summa differentiarum Longitudinis ex calculo deducta octo illarum Stellarum, præcisè integrum exhibeat Circulum, nempè 360 grad; secùs infallibile indicium erit, in quibusdam esse aberratum, vel ob vitium aliquod Instrumentorum, aut Observatorum negligentiam, in observando & adscribendo id accidisse. Quia verò hic calculus in omnibus planè respondet superiori, nihil ampliùs opus habemus, quàm ipsum calculum hic subjicere: ut tam veri Amantes, quàm Invidi, cum Domino Hoockio, absque ullo negotio plus plusq; addiscant, me utique potuisse meis Organis, nudisque Oculis & Dioptris, tria vel quatuor integra minuta prima discernere.

Infallibile argumentum Latitudines nostras ex nostro Catalogo, & observatas distantias esse correctissimas.

Aliud argumentum contra Hoockium & Invidos.

CALCULUS.

Quæratur ex Latitudinibus & Distantiis Differentia Longitudinis.

Inter Lucidam Arietis, & Palilicium.

Differentia Longitudinis inter Lucid. Arietis & Palilicium.

Latitudo Lucidæ Arietis	9	57	43	*Bor.*	*Antilog.*	1519	
Latitudo Palilicii addenda	5	29	14	*Austr.*	*Antilog.*	459	*Add.*
Summa	15	26	57		*Summa*	1978	
Distantia utriusq; Stellæ	35	32	15				
Summa	50	59	12				
Semissis	25	29	36		*Logarith.*	84303	
Differentia	20	5	18				
Semissis	10	2	39		*Logarith.*	174638	*Add.*
					Summa	258941	

Summa

	Summa præcedentis paginæ.				258941	
				Summa Antil.	1978	*subtr.*
	Gr.	*Min.*	*Sec.*	*Logar.*	256963	
	16	3	49	*Semissis*	128481½	
Differentia Longit. quæsita	32	7	38			

Inter Palilicium & Pollucem.

	Gr.	*Min.*	*Sec.*					
Latitudo Palilicii	5	29	14	*Austr.*	*Antilog.*	459		*Differentia Longitudinis inter Palilicium & Pollucem.*
Latitudo Pollucis Addend.	6	40	29	*Bor.*	*Antilog.*	680	*Add.*	
Summa	12	9	43		*Summa*	1139		
Distant. utriusq. Stellæ	45	3	40					
Summa	57	13	23					
Semissis	28	36	41½		*Logarith.*	73633		
Differentia	32	53	57					
Semissis	16	26	58½		*Logarith.*	126173	*Add.*	
					Summa	199806		
					Summa Antil.	1139	*subtr.*	
					Logar.	198667		
	21	44	12		*Semissis*	99333½		
Differentia Longit. quæsita	43	28	24					

Inter Pollucem & Regulum.

	Gr.	*Min.*	*Sec.*					
Latitudo Pollucis	6	40	29	*Bor.*	*Antilog.*	680		*Differentia Longitudinis inter Pollucem & Regulum.*
Latitudo Reguli Subtr.	0	28	45	*Bor.*	*Antilog.*	3	*Add.*	
Differentia	6	11	44		*Summa*	683		
Distantia utriusq. Stellæ	37	0	0					
Summa	43	11	44					
Semissis	21	35	52		*Logarith.*	99945		
Differentia	30	48	16					
Semissis	15	24	8		*Logarith.*	132579	*Add.*	
					Summa	232524		
					Summa Antil.	683	*subtr.*	
					Logar.	231841		
	18	17	5		*Semissis*	115920½		
Differentia Longit. quæsita	36	34	10					

Inter Regulum & Spicam.

	Gr.	*Min.*	*Sec.*					
Latitudo Reguli	0	28	45	*Bor.*	*Antilog.*	3		*Differentia Longitudinis inter Regulum & Spicam.*
Latitudo Spicæ Add.	1	29	55	*Austr.*	*Antilog.*	61	*Add.*	
Summa	2	28	40		*Summa*	64		
Distantia utriusq. Stellæ	54	1	55					
Summa	56	30	35					
Semissis	28	15	17½		*Logarith.*	74787		
Differentia	51	33	15					
Semissis	25	46	37½		*Logarith.*	83271	*Add.*	
					Summa	158054		
					Summa Antil.	64	*subtr.*	
					Logar.	157990		
	26	59	30		*Semissis*	78995		
Different. Longit. quæsita	53	59	0					

Inter

Inter Spicam & Man. Serpent. Sup.

Differentia Longitudinis inter Spicam & Manum Serpentarii.

	Gr.	Min.	Sec.				
Latitudo Spicæ Add.	1	59	55	*Austr.*	*Antilog.*	61	
Latit. Man. Serp. Sup.	17	21	19	*Bor.*	*Antilog.*	4660	*Add.*
Summa	19	21	14		*Summa*	4721	
Distant. utriusq; Stellæ	42	33	0				
Summa	61	54	14				
Semissis	30	57	7		*Logarith.*	66491	
Differentia	23	11	46				
Semissis	11	35	53		*Logarith.*	160416	*Add.*
					Summa	226907	
					Summa Antil.	4721	*subtr.*
					Logarith.	222186	
	19	13	24		*Semissis*	111093	
Different. Longit. quæs.	38	26	48				

Inter Man. Serp. Sup. & Aquilam.

Differentia Longitudinis inter Manum Serpentarii & Aquilam.

	Gr.	Min.	Sec.				
Latit. Man. Serp. super.	17	21	19	*Bor.*	*Antilog.*	4660	
Latit. Aquilæ Subtr.	29	21	33	*Bor.*	*Antilog.*	13748	*Add.*
Differentia	12	0	14		*Summa*	18408	
Distant. utriusq; Stellæ	55	19	0				
Summa	67	19	14				
Semissis	33	39	37		*Logarith.*	59012	
Differentia	43	18	46				
Semissis	21	39	23		*Logarith.*	99685	*Add.*
					Summa	158697	
					Summa Antilog.	18408	*subtr.*
					Logarith.	140289	
	29	43	36		*Semissis*	70144½	
Different. Longit. quæsita	59	27	12				

Inter Aquilam & Marcab.

Differentia Longitudinis inter Aquilam & Marcab.

	Gr.	Min.	Sec.				
Latitudo Aquilæ	29	21	33	*Bor.*	*Antilog.*	13748	
Latitudo Marcab Subtr.	19	27	37	*Bor.*	*Antilog.*	5882	*Add.*
Differentia	9	53	56		*Summa*	19630	
Distantia utriusq; Stellæ	47	48	10				
Summa	57	42	6				
Semissis	28	51	3		*Logarith.*	72871	
Differentia	37	54	14				
Semissis	18	57	7		*Logarith.*	112462	*Add.*
					Summa	185333	
					Summa Antilog.	19630	*subtr.*
					Logarith.	165703	
	25	53	36		*Semissis*	82851½	
Different. Long. quæsita	51	47	12				

Inter

Inter Marcab & Lucidam Arietis.

	Gr.	Min.	Sec.				
Latitudo Marcab, subtr.	19	27	37	*Bor.*	*Antilog.*	5882	
Latitudo Lucid. Arietis	9	57	43	*Bor.*	*Antilog.*	1519	*Add.*
Differentia	9	29	54		*Summa*	7401	
Distant. utriusq. Stellæ	43	37	25				
Summa	53	7	19				
Semissis	26	33	39½		*Logarith.*	80485	
Differentia	34	7	31				
Semissis	17	3	45½		*Logarith.*	122616	*Add.*
					Summa	203101	
					Summa Antilog.	7401	*subtr.*
					Logarith.	195700	
	22	4	42		*Semissis*	97850	
Different. Longit. quæsita	44	9	24				

Different. Longitudinis inter Marcab & Lucidam Arietis.

Latitudines ex Nostro Catalogo magno.

	Gr.	Min.	Sec.			Gr.	Min.	Sec.	
Lucidæ Arietis	9	57	43	*Bor.*	*In sinistr. manu Serpent.*	17	21	19	*Bor.*
Palilicii	5	29	14	*Austr.*	*Lucidæ Aquilæ*	29	21	33	*Bor.*
Pollucis	6	40	29	*Bor.*	*Marcab*	19	27	37	*Bor.*
Reguli	0	28	45	*Bor.*	*Lucidæ Arietis*	9	57	43	*Bor.*
Spicæ	1	59	55	*Austr.*					

Latitudines & Longitud. ex Catal. nostro.

Longitud. ex nostro Catal.	Gr.	Min.	Sec.		Different. Longitud. ex Catalogo. Gr.	Min.	Sec.	Different. Longit. ex Catal. & Calculo Gr.	Min.	Sec.
Lucidæ Arietis	2	55	40	♉	32	7	38	32	7	38
Palilicii	5	3	18	♊	43	28	26	43	28	24
Pollucis	18	31	44	♋	36	34	16	36	34	10
Reguli	25	6	0	♌	53	59	0	53	59	0
Spicæ	19	5	0	♎	38	26	41	38	26	48
In sin. man. Serp.	37	31	41	♏	59	27	18	59	27	12
Lucidæ Aquilæ	26	58	59	♑	51	47	13	51	47	12
Marcab	18	46	12	♓	44	9	28	44	9	24
Lucid. Arietis	2	55	40	♉						
Summa					360	0	0	359	59	48
								359	59	60
								Differt tantùm 12″		

Different. Longit. ex Catalogo & Calculo.

Ex quibus nunc iterum iterumque abundè confirmatur, me debitè ac rectè nudis oculis observasse, & administrasse omnia, nec ullo vitio Instrumenta mea laborasse: quandoquidem summa Differentiarum Longitudinis integrum Circulum exhibet, sic ut non nisi 12″ solummodò deficiant: quæ profectò prorsùs sunt contemnenda; è contra magis admirandum, quòd res talis, ex tot Observationibus, & datis composita ad tantam perfectionem redigi potuerit. Adhæc Distantiæ ex Longitudinibus & Latitudinibus supputatæ, cum observatis etiam ad 6″ planè conveniunt: ut supra pag. 27. videre est, quod non minùs rigorosum admodùm est examen. Reliqua quomodo se habeant ex præcedenti calculo patent.

Iterum iterumq; confirmatur, Auctorem benè observasse omnia, Instrumentaq; nullo vitio laborasse.

Per aliud examen id ipsum corroboratur, quod nemo Astrosophorum adhuc unquam suscepit.

Porrò adhuc aliâ planè diversâ viâ oculariter demonstrabo (quâ hucusque nemo Auctorum & Astrosophorum unquam id tentavit) nostras Observationes, cum Instrumentis, in suo pretio jure esse relinquendas. Examen autem hocce in eo consistit: ut inquiramus primò, an certa aliqua Distantia binarum Stellarum, sub uno eodemque circulo Declinationum ferè subjacens (qualis tamen vix unquam adeò præcisè invenitur, ubi Ascensio Recta utriusque Stellæ omninò in minutis, ne dicam secundis, est eadem) ex illarum binarum Stellarum Declinationibus prodeat.

EXEMPLI GRATIA:

Ex Declinationibus observatis quæritur utriusq; Stellæ Distantia, an cum observatâ respondeat.

	Gr.	Min.	Sec.	
Declin. Annuli Andromedæ ex Catal. nostro Magno	40	33	26	
Declinat. Marcab ex Catalogo nostro Magno	13	25	53	*subtr.*
Prodit. Distant. Annuli Andromed. à Marcab ex Decl.	27	7	33	
Quæ Anno 1670. *d.* 18 *Decembr. à me observata est.*	27	7	10	
			23	

Vide Mach. Cœl. pag. 257. *Lib. IV.*

Sic ut tantùm ad 23″ *ab invicem recedant; quod profectò nullius est momenti; imò accuratiùs fieri haud potuit, cùm utriusq; Stellæ Ascensio Recta ad* 20 *integra minuta differat; quippe ex nostro Catalogo ad Annum sc.* 1660

Ascensio Recta Annuli Androm. est	341°	37	51″
Ascensio Recta Marcab	341	57	29
Differentia		19	38

atq; exinde 23″ *omninò oportet esse major Distantiâ ex Declinationibus, quàm observata: ut quilibet Geometriæ Peritus ultrò agnoscet.*

Id quod sex adhuc exemplis confirmatur: nam ex pluribus Stellis id fieri haud potuit.

Hujus generis sex adhuc exempla proferemus: nam, crede, plura in toto Globo obtinere haud potui, quàm septem, ubi utraque Stella eandem circiter habeat Ascensionem Rectam (si nonnulla minuta prima excipias) & quarum Distantia pariter à me sit observata.

Distantia inter Pollucem & Procyonem indagatur.

	Gr.	Min.	Sec.			Gr.	Min.	Sec.
1. *Declinatio Pollucis ex Catalogo nostro*	28	49	40	*Bor.*	*Asc. R.*	111	7	5
Declinatio Procyonis	6	4	40	*Bor.*	*Asc. R.*	110	23	33
Distantia ex Declinationibus	22	45	0		*Differentia*		43	32
Distant. Observ. Anno 1659, 13 *April.* & *An.* 1676								
15 *Mart. pag.* 305 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	22	44	30					
Differentia tantùm			30,					

cùm tamen non præcisè sub uno eodemq; circulo verticali subjaceant.

Distantia inter Latus Ursæ Majoris & in Ventre quæritur.

	Gr.	Min.	Sec.			Gr.	Min.	Sec.
2. *Declinat. Lateris Ursæ Majoris*	63	35	40	*Bor.*	*Asc. R.*	160	34	45
Declinatio in ventre Ursæ Majoris	58	13	17	*Bor.*	*Asc. R.*	160	15	44
Distantia ex Declinationibus	5	22	23		*Differentia*		19	1
Distant. observ. An. 1671, 3 *Jul. Mach. Cœl. Lib. IV. pag.* 420.	5	22	35					
Discrepat tantummodò ad			12″					

Distantia inter Mandibulam Ceti & Algol investigatur.

	Gr.	Min.	Sec.			Gr.	Min.	Sec.
3. *Declinat. Luc. Mandibulæ Ceti*	2	44	2	*Bor.*	*Asc. R.*	41	9	25
Declinat. Algol Capitis Medusæ	39	37	7	*Bor.*	*Asc. R.*	41	34	43
Distantia ex Declinat.	36	53	5		*Differ.*		25	18
Distant. observ. An. 1661, 15 *Decembr. pag.* 327 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	36	52	5					
		1	0					

Cùm

Cùm accuratiùs prodire haud potuit, ob Differentiam illam benè notabilem Ascensionum.

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Sec.	
4. *Declinat. Scheat ex Catal. nostro*	26 17 26 *Bor.*	*Asc. R.*	341 50 19	
Declinatio Marcab	13 25 53 *Bor.*	*Asc. R.*	341 57 29	*Distantia ex Declin. Scheat & Marcab indagatur.*
Distant. ex Declinationibus nostris	12 51 33	*Different.*	7 10	
Distant. observ. An. 72, 23 *Aug. pag.* 392 *Lib. IV. Mach. Nost. Cœl.*	12 51 40			
Differt tantùm	7	*cùm Differentia Asc. R. itidem ad paucula prima excurrat.*		

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Sec.	
5. *Declinat. Humeri dext. Aurigæ*	44 51 32 *Bor.*	*Asc. R.*	83 38 21	
Declinat. Humeri dextri Orionis	7 19 15 *Bor.*	*Asc. R.*	84 12 23	*Distant. Humeri dextri Aurigæ & Orionis.*
Distantia ex Declinationibus	37 32 17	*Different.*	34 2	
Distant. observ. An. 1660. 6. *May pag.* 283. *Lib. IV. Mach. Cœlest.*	37 32 20			
Differt tantùm	3″			

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Ses.	
6. *Declinat. Humeri sinist. Orionis*	6 0 12 *Bor.*	*Asc. R.*	76 45 13	
Declinat. Cornu Borei Tauri	28 15 58 *Bor.*	*Asc. R.*	76 12 27	*Distant. Humeri sinistri Orionis & Cor. Bor. Tauri.*
Distant. ex Declinationibus	22 15 46	*Different.*	32 46	
Distant. observ. An. 1676. 13. *May pag.* 388. *Mach. Cœl. Lib. IV.*	22 16 30			
Quæ Differentia nullius est momenti Ascensionalem esse satis notabilem. sese habere omnia.	44	*in consideratione, Differentiam Atq; sic etiam ex his plus plusq; demonstratur, rectè*		

Verùm neque hisce acquiescamus beneficio Declinationum; sed pariter per Latitudines duarum Fixarum, sub uno eodemque Latitudinis Circulo ferè existentium, certam Distantiam inquiramus: cujus generis exempla tantummodò tria reperire potui in toto Globo, meoque Catalogo, quarum simul Distantiam debitè observassem. *Adhuc aliter.*

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Sec.	
1. *Latitudo in Coxâ Ursæ Majoris*	47 8 0 *Bor.*	*Longit.*	25 38 2 ♌	
Latitudo Reguli Leonis	0 28 45 *Bor.*	*Longit.*	25 6 0 ♌	*Distant. ex Latitudine in Coxa Ursæ Majoris & Reguli.*
Distant. ex Latitud. nostris	46 39 15	*Different.*	32 2	
Observata verò Distantia An. 1659. 24. *Febr. pag.* 373. *Lib. IV. Mach. Cœlest.*	46 39 20			
Differentia	5″ *tantùm.*			

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Sec.	
2. *Latitudo Arcturi ex Catalogo majori*	31 1 0 *Bor.*	*Longit.*	19 29 6 ♎	
Latitudo Spicæ Virginis Add.	1 59 55 *Aust.*	*Longit.*	19 5 0 ♎	*Distant. ex Latit. Arcturi & Spicæ.*
Distant. ex Latitudinibus nostris	33 0 55	*Different.*	24 6	
Distantia verò observata An. 1658. 10. *April. & 6. May p.* 293. *Mach. Cœlestis*	33 0 25			
Differentia	30			

	Gr. Min. Sec.		Gr. Min. Sec.	
3. *Latit. sup. in Capite Aurigæ*	32 12 55 *Bor.*	*Long.*	24 25 34 ♊	
Latit. dextri humeri Orionis Add.	16 3 52 *Aust.*	*Long.*	24 1 10 ♊	*Distantia ex sup. in capite Aurigæ & dextro humero Orionis.*
Distant. ex Latitud. Nostrâ	48 16 47	*Different.*	24 24	
Distant. observ. An. 1662. 21. *Febr. pag.* 286. *Lib. IV. Mach. Cœlestis*	48 16 5			
Differentia	42″			

Deni-

Distantiæ Auctoris observatæ adhuc aliâ ratione rigorosè examinantur.

Denique, priusquam hocce Caput finiam, adhuc prorsùs aliâ methodo, Distantias nostras examinabo, nimirùm per alias Distantias à nobis observatas; & quidem trium Stellarum, quæ ferè in eâdem reperiuntur lineâ rectâ: utpotè ex illâ, in Tergo Ursæ Majoris, & in Coxâ Ursæ Majoris, tum etiam Regulo Leonis, hâc scilicet ratione.

Exempla calculi.

	Gr. Min. Sec.
1. *Distant. Reguli à Tergo Ursæ Majoris obs. est An.* 1659, 24 *Febr. pag.* 373 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	51 10 20
Distant. Reguli à Coxâ Ursæ Majoris observata An. 1659, 24 *Febr. pag.* 373 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	46 39 20 *subtr.*
Different. producit Distant. illius in Tergo & in Coxâ Ursæ Majoris, nempe	4 31 0
At eadem Instrum. observ. Anno 1657, 27 *Decembr. pag.* 421 *Mach. Cœl. Nostr. Lib. IV.*	4 30 45
ferè eadem, exceptis paucissimis secundis extitit	15

Comprobant Distantias Auctoris rectè esse observatas.

2. *In ancone Boreal. alæ Cygni, & in Pectore Cygni, item extrema inferioris alæ Cygni in Lineâ videntur propemodùm rectâ; idcircò si Distantia in Ancone alæ Bor. Cygni ab extremâ inferioris alæ Cygni subtrahatur*	22° 47′ 15″
Distantia in Ancone alæ Bor. Cygni à Pectore Cygni	8 23 25 *subtr.*
Prodit Distantia Pectoris ab Extremâ alæ Cygni	14 23 50
Quæ obs. est An. 1658, *d.* 1 *Nov. & An.* 1671, *d.* 3 *Nov. pag.* 335 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	14 23 25
sic ut Differentia tantùm sit	25″

	Gr. Min. Sec.
3. *Rursùs in Ancone alæ Bor. Cygni ab Extremâ inferioris alæ Cygni*	22 47 15
Pectus & Extrema alæ Cygni si subtrahatur	14 23 25
Fit Distant. in ancone alæ Bor. & Pectoris Cygni	8 23 50
Observ. autem est eadem An. 1671 *p.* 335 *Mach. Cœl. Lib. IV.*	8 23 25
Differt tantùm	25

Si aliorum Auctorum similibus Observationibus id ipsum investigare licuisset, res adhuc clarior esset.

Hujus generis alia exempla in medium adduci possent, sed planè supervacaneum esse duxi; quòd si verò ex aliorum Auctorum tam Recentiorum, quàm Vetustiorum Observationibus, examina quoque illa instituere potuissem, res profectò longè adhuc clarior evasisset: sed neq; apud Tychonem, Principem Hassiæ, neq; Ricciolum, vel ullum aliquem, similes Observationes invenire potui. Proinde sufficiant, quæ hâc de materiâ in medium à nobis fuerunt prolata. Nam ex iis satis abundè iterum iterumq; quilibet æquus Censor intelliget me officio nostro, pro meâ tenuitate satisfecisse, & quidem debitâ diligentiâ, summoque candore omnia pertractasse; si Clariss. Hoockius, aliusve correctiora adhuc, & quidem sexagies exactiora præstare poterit, gratissimum erit & Nobis & Posteritati: dummodò non verbis tantùm, sed ipsis factis dextrè & in aperto id præstetur.

CA-

CAPUT III.

De Obliquitate Eclipticæ.

NUnc pergamus in illis Rebus perquirendis, quæ ipsa fundamenta Astronomiæ ulteriùs concernunt, atq; ad novum Fixarum Catalogum construendum omnimodè spectant; inter quas Eclipticæ Obliquitas maximè in considerationem venit: & quidem ex eo, quòd inter Mathematicos, tam Veteres, quàm Recentiores, ardua omninò quæstio sit exorta: nimirùm, an dicta Obliquitas Eclipticæ omni tempore maneat prorsùs eadem? an verò paulatim successivè mutetur? tum quâ proportione, an perpetuò crescendo, an verò decrescendo? Si Veterum Observationes respiciamus, & illa, quæ illo tempore statuerunt, ab Aristarcho ad Ricciolum usque (ut pag. 162. Almagesti Tomi I. Riccioli videre est) dicendum foret, Obliquitatem Eclipticæ minimè fuisse constantem, sed pedetentim decrevisse. Quandoquidem tempore Aristarchi ea ipsa extitit 24° 0′ 0″, vivente verò Ptolomæo 23° 51′ 0″, & rursùs Albategnii tempore tantùm 23° 35′ 0″, atque sic paullatim aliquantò minor; verùm hæcce sese penitùs aliter habere, & Veterum Observationibus haud adeò multùm tribuendum esse, cùm nec Instrumenta omnibus numeris perfecta adhibuerint, nec tutiori viâ incesserint, suo loco pleniùs innotescet.

Obliquitas Eclipticæ est Res magni momenti.

An Obliquitas Eclipticæ sit perpetuò constans, an verò mutabilis?

Veteres non unam eandemque omni tempore observarunt Eclipticæ Obliquitatem.

Quare planè aliter sentio, cum Præclarissimis Viris Kepplero, Gassendo, Ricciolo, aliisq; Eruditissimis Viris, Obliquitatem nimirùm Eclipticæ minimè esse variabilem, sed omni tempore summè constantem. Etenim, si contrarium foret, nihil quicquam solidi, vel quisquam in Astronomicis elaborare posset, quod non successu temporis foret immutandum; non solùm Latitudines Fixarum omnium in Annos crescerent, vel decrescerent, contra omnem experientiam; sed & coacti essemus quovis seculo Tabulas Declinationum & Ascensionum prorsùs novas recudere, alia plurima ut modò taceam.

Auctoris Sententia de Eclipticæ Obliquitate.

Ad exquisitam autem indagationem Obliquitatis Eclipticæ, plurimorum profectò annorum continuatæ, omnibusque numeris absolutissimæ, majoribus & fide dignissimis Organis administratæ Observationes requiruntur, quæ rarissimè alicui obtingunt, nec obtigerunt. Præterea summè etiam est necessarium, ut præcognitam Solis genuinam habeamus Parallaxin, nec non ejus Refractiones; (nam Celeberrimus Tycho, ut pace ejus dicam, enormiter in utrâq; à vero discessit) quæ autem non nisi plurimorum annorum labore, ex continuis Observationibus impetrantur, ita ut imposterùm ritè ac debitè etiam possint demonstrari.

Ad Obliquitatem Eclipticæ correctissima Solis Parallaxis & Refractio requiritur.

In quibus Tycho aberravit.

Auctoris Parallaxis Solis & Refractio stabilitur.

Nostram Tabulam Refractionum quod spectat, quæ posteà suo loco exhibebitur, eandem & hìc clarè sum demonstraturus rectè constructam, tum etiam longè minores omninò esse Refractiones, quàm Nob. Tycho autumavit. Exempli gratiâ; quæramus primò, ex maximâ & minimâ Altitudine Meridianâ alicujus Stellæ, Declinationem ad certum Annum; quòd si Refractio rectè detecta, necesse planè est, ut tam ex Altitudine Maximâ, quàm Minimâ, Declinatio illius Stellæ sit omninò eadem. Id quod non solùm ex Nostrâ Refractionum Tabulâ, sed etiam Tychonicâ debitè tentabimus. Deinde pariter inquiramus ex Maximâ & Minimâ Altitudine Meridianâ alicujus Stellæ, an eadem Elevatio Poli ex Nostris & Tychonicis Refractionibus prodeat.

1. Ex Altitudine Maximâ & Minimâ, in Flexurâ Lateris Persei, inquiratur ejus Declinatio, & primò quidem mediante Nostrâ Refractione.

Anno 1674, 25 *Dec. Maxima Altit. Merid. dictæ Stellæ observ. est pag.* 677 *Parte II. Mach. Cœl.*

	Gr.	Min.	Sec,	
	82	18	40	
A quâ subtrahitur Elevatio Nostrâ Æquatoris	35	37	8	
Fit Declinatio ad Annum 1674	46	41	32	
Ab hâc subtrahitur motus Declinationis		3	2	
Et prodit Declinatio pro Anno 1660	46	38	30	

Declinatio Flexuræ Lateris.

Anno 1676, 10 *Maij observ. est Altit. Minima ejusdem Stellæ p.* 766 *Mach. Cœl. Parte II.*

	Gr	Min	Sec	
	11	6	20	
Refractio Nostra Subtr.		1	34	
Altitudo Minima correcta	11	4	46	
Elevatio Æquatoris Nostra	35	37	8	*Add.*
Declinatio pro Anno 1676	46	41	54	
Motus Declinationis subtr.		3	20	
Ut evadat Declinatio pro Anno 1660 *quæ priori satis accuratè respondet.*	46	38	34	

2. *In genu sinistro post. Austr. Ursæ Majoris*

Declinatio in genu sinistro post. Austr. Ursæ Majoris.

Anno 1675, 23 *Martii Altit. Max. pag.* 702 *Mach. Cœl.*

	Gr	Min	Sec	
	80	32	40	
Elevatio Nostra Æquatoris	35	37	8	*subtr.*
Declinatio pro Anno 1675	44	55	32	
Motus Declinationis		4	26	*Add.*
Declinatio pro Anno 1660	44	59	58	

Anno 1675, 21 *Octobr. Altitudo Minima pag.* 734 *Mach. Cœl.*

	Gr	Min	Sec	
	9	20	20	
Refractio Nostra		2	25	*subtr.*
Altit. Minima correcta	9	17	55	
Elevat. Æquatoris Nostra	35	37	8	*Add.*
Declinat. pro Anno 1675	44	55	3	
Motus Declinat. 15 *Annorum*		4	45	*Add.*
Declinatio pro Anno 1660	44	59	48	
Differt tantùm			10″	

Quod

Quod ſi verò Minimæ Altitudini Meridianæ harum Stellarum Refractionem Tychonicam adhibeamus, neutiquam profectò genuina Declinatio prodibit, ſed ad integra minuta prima à vero diſcedet Ex. gr.

Si Refractio Tychonica adhibeatur, Declinatio minimè reſpondet.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1676, 10 *May Altit. Minima in flexurâ lateris*	11	6	20	
Refractio Tychonica		5	0	*ſubtr.*
Altitudo Minima correcta	11	1	20	
Elevatio Æquatoris	35	37	8	*Add.*
Declinat. pro Anno 1676.	46	38	28	
Motus Declinationis		3	20	*ſubtr.*
Declinatio pro Anno 1660.	46	35	18	
Ex Maximâ Altit. Merid. paullò ante inventa eſt	46	38	30	
Ergo diſcrepat 3′ *&* 12″ *cùm noſtra tantum* 4″ *diſceſſerit.*		3	12″	

Id ipſum ex poſteriori exemplo pariter clarè videbimus.

Ex altero exemplo id adhuc clarius evadit.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altit. Minima genu ſiniſtr. poſter. Auſtr. Urſæ majoris Anno 1675. 21 *Octob.*	9	20	20	
Refractio Tychonica.		5	50	*ſubtr.*
Altit. Minima correcta.	9	14	30	
Elevat. Æquatoris	35	37	8	*Add.*
Declinat. pro Anno 1675	44	51	38	
Motus Declinationis		4	45	*Add.*
Declinatio pro Anno 1660.	44	56	23	
At verò ſuprà inventa eſt ex Max. Alt. Merid.	44	59	58	
Ergo diſcedit à vero cùm noſtra ſolummodò 10″ *exorbitet.*		3	35	

Sic etiam ex illis 15 ſtellis omnibus pag. 12 & 13 productis, ex quibus Altitudinem Poli Noſtram deduximus, ex Maximâ ſcilicet Altit. Merid. & Minimâ, hoc ipſum comprobari poteſt ocularitèr. E. gr:

Pluribus etiam exemplis id demonſtrari poteſt, Refractionem Tychonicam haud parum à vero diſcedere.

Quæratur Elevatio Poli Gedan. ex Alamac datâ Refractione Tychonicâ.

	Gr.	Min.	Sec.		Gr.	Min.	Sec.	
Altitudo Maxima Meridiana	76	23	5	*Altitudo Minima*	5	15	0	
Semicirculus	179	59	60			9	45	*Refr. Tychon.*
Reſiduum	103	36	55		5	5	15	
Minima Alt. per Refr. Tych. corr.	5	5	15	*Add.*				
Summa	108	42	10					
Elevat. Poli Ged. ex Refr. Tych.	54	21	5					
At noſtra Elev. Poli ex Stell. circump. extitit	54	22	57½					
Aberrat igitur ex Refr. Tych. ad		1	52½					

Sic ut nihil correcti ex Tychonis Refractione derivetur; quod non ſolùm hocce unico exemplo, ſed & 14 illis omnibus pag. 12 & 13 exhibitis poterit haud difficulter probari. Adeò ut nunc luce clarius elucescat, per noſtras Refractiones non niſi ad 4″ & 10″ Declinationes prodire; at verò per Refractiones Tychonicas differt Declinatio quæſita in priori exemplo ad 3′ 12″; in altero exemplo diſcedit Declinatio à vero ad 3′ 35″, & in tertio ad 1′ 52″½, quod nimirùm minor ſit, quàm reverà eſſe debeat.

De reliquo, in Parallaxi Solis, Auctores etiam maximè diſcrepant; Veteres, utpote Ptolomæus, Albategnius & Tycho, eandem ſtatuerunt tria ferè integra eſſe minuta prima; at verò Kepplerus, Vir ille acutiſ-

Auctores in Parallaxi Solis maximè diſcrepant.

ſimi

ſimi ingenii, jam eo tempore, ex certis rationibus, etiamſi eam ipſe non obſervaverit, longè minorem deprehendit, nempe non eſſe ultra 60″: imò Ricciolus eandem tantummodò eſſe putat 28″; & Horroxius tantùm 15″. Verùm ſi adeò exigua eſſe debeat, 15 ſcilicet ſecundorum, profectò Sol nimiùm quantùm à Nobis removeretur, atque totum Syſtema Mundanum ſic in immenſum excreſceret, ut vix in ſenſus incurrat: id quod Antagoniſtis Noſtris, qui Terræ motum impugnant, magnum præbet ſcandalum, quaſi nos incomprehenſibilia ſtatuamus. Verùm non opus ſanè, ut Syſtema Mundi adeò extendamus; ſiquidem majori aliquantò Parallaxi, quævis Phænomena Cœleſtia expediri poſſunt. Nam perquiſitis rebus & Obſervationibus plurimis, inveni tandem me Parallaxi 40″, quam jam in Cometographiâ meâ ante plurimos Annos ſtabilivi, poſſe ſalvare omnia, etiamſi Sol non adeò longè à Terrâ removeatur. Nihilominus tamen ſecundùm hanc noſtram ſententiam Sol à Terrâ adhuc abeſt in Mediâ Diſtantiâ, datâ ſcilicet parallaxi horizontali Solis 40″; 5157. Semid. Terræ; in Maximâ verò 5248. S. T. & in Minimâ 5065. S. T. cùm Nob. Tycho tantùm Diſtantiam Solis à Terrâ ſtatuat 1200. Sem. Terræ; at Kepplerus 3000. S. T. Ricciolus 7000. Sem. Terræ, Wendelinus verò & Horroxius, uti diximus, 15000. S. T. illi videlicet, qui Parallaxin tantummodò habent 15 ſecundorum.

Parallaxi 40″ ſecundorum, quævis Phænomena ſalvantur.

Diſtantia Solis à Terrâ quanta?

Stabilitâ itaq; noſtrâ Refractione, nec non Parallaxi Solis, deveniendum nunc eſt ad ipſam Eclipticæ Obliquitatem, quæ tam à Veteribus, quàm Recentioribus diverſiſſima ſtatuitur: prout clarè admodùm patet ex Tomo I. Almageſti Riccioli, pag. 162. Idcircò neceſſe eſt, ut rem hanc abſtruſam & ſublimem, cujus Aſtronomiæ magni intereſt, ſummo ſtudio inquiramus; quanta nimirùm reverà ſit, & an mutationi vel ulli ſit obnoxia?

Obliquitas Eclipticæ inter ſublimia referenda.

Tutisſima autem ratio Obliquitatem Eclipticæ inveſtigandi, & demonſtrandi hæc eſt: ut in promptu habeamus Altitudinem Meridianam maximam die Solſtitii Æſtivi, maximis & ſummè idoneis Organis, aëre defæcatisſimo, ſummâ diligentiâ, ab exercitatisſimo Obſervatore acquiſitam; cui ſi addatur competens ejus Altitudini Parallaxis, & ab illâ Summâ Elevatio Æquatoris, ex Stellis circumpolaribus, inprimis ultimâ Caudæ Urſæ Minoris debitè inveſtigatâ ſubtrahatur, prodit ſtatim ipſa genuina Obliquitas Eclipticæ. Vel ſi mavis, quod paullò adhuc ſubtilius & rigidius eſt examen, ut illud ipſum eruatur, ex utraq; Solſtitii Æſtivi & Brumalis Altitudine Meridianâ, nimirùm: Ab Altitudine Meridianâ Solſtitii Æſtivi, ſed per Parallaxin Solis correctâ ſubtrahatur Altitudo Meridiana Solſtitii Brumalis pariter per Parallaxin & Refractionem correcta, provenit protinùs ipſa Diſtantia Tropicorum, cujus Semiſſis eſt vera Obliquitas Eclipticæ.

Quomodo Obliquitas Eclipticæ inveſtigetur.

Quam viam ut ſequamur, diverſiſſimis nunc exemplis demonſtrabimus, & quidem ex meis ipſis quamplurimis Obſervationibus Solſtitiorum petitis, ab Anno ſcilicet 1652, ad Annum usque 1679 continuo tractu magnis & accuratisſimis Inſtrumenris, ſummâ diligentiâ, ex Cœlo depromptis:

Auctor ex ſuis Obſervationibus deducit Eclipticæ Obliquitatem.

promptis: prout videre eſt, Lib. III. Mach. Meæ Cœleſt. à pag. 1 ad 30. Ex quolibet tamen Solſtitio, ſcias, mi Amice, res hæc ſubtilis haud poteſt erui. Quandoquidem Solſtitia tam Æſtiva, quàm Brumalia non quovis Anno præcisè in ipſo Meridie contingunt, nec eâ ipsâ die ſemper Cœlum eſt ſummè ſerenum, tum ſæpiùs ob plurima intervenientia & impedimenta, quodvis Solſtitium ſub ipsâ lineâ Meridianâ minimè determinare contingit, ut harum Cœleſtium Rerum Gnari optimè norunt. Intereà tamen nonnulla reperi Solſtitia Æſtiva, quæ Cœlo admodùm ſereno diligentisſimè, ſimul Quadrante illo egregio Azimuthali, ſimul Horizontali illo magno (pag. 150, & pag. 164, Mach. Cœl. parte I. deſcriptis) à me, & ſimul alio benè exercitato Coobſervatore ſunt obſervata: utpote Anno 1660, Anno 1661, Anno 1667, & Anno 1671: ex quibus nunc Obliquitatem Eclipticæ deducemus.

Quare non ex omnibus Solſtitiis, Obliquitas Eclipticæ erui poſſit.

Ex quibus Solſtitiis Obliquitas Eclipticæ eſt ſupputata.

	Gr	Min.	Sec.
Anno 1660, *Altitudo Meridiana Solſtitii Æſtivi*	59	7	5
Parallaxis Noſtra competens Add.			20
Correcta Altitudo Meridiana.	59	7	25
Elevatio Æquatoris ſubtrah.	35	37	8
Remanet Obliquitas Eclipticæ.	23	30	17

	Gr.	Min.	Sec.
Rursùs, ex Altit. Merid. Solſtitii Æſtivi, Cœlo ſereno, diligentisſimè obſerv. Anno 61, 67 *&* *Anno* 71 *vid. Mach. Cœl. P. II.*	59	7	10
Parallaxis Noſtra competens Add.			20
Correcta Altitudo Meridiana Solis	59	7	30
Elevatio Æquatoris ſubtrah.	35	37	8
Remanet Obliquitas Eclipticæ.	23	30	22

Quod ſi nunc ex hiſce duobus exemplis medium eligamus, erit Obliquitas Eclipticæ 23° 30′ 19″½.

Quanta ſit Obliquitas Eclipticæ ex Auctoris Obſervationibus.

Sed progrediendo ulteriùs, eandem hanc Obliquitatem, eruamus etiam ex Maximâ & Minimâ Altit. Merid. Æſtivâ nempe & Brumali.

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 61, 67 *&* 71 *Altit. Merid. Solſtitii Æſtivi*	59	7	10	
Parallaxis Noſtra Solis competens Add.			20	
Correcta Altit. Meridiana	59	7	30	
Anno 1652, 57 *&* 61 *Altit. Merid. Solſtitii Brumalis*	12	12	45	
Parallaxis Noſtra Solis competens			38	*Add.*
Correcta Altit. Merid. Solſtitii Brumalis	12	13	23	
Refractio Solis Noſtra Subtrah.		6	28	
Fit correcta Altit. Merid. Solſtit. Brum.	12	6	55	
Quæ ſi ſubtrahatur ab Altit. Merid. corr. Solſt. Æſtivi	59	7	30	
Remanet Diſtantia Tropicorum	47	0	35	
Cujus Semisis eſt Obliquitas Eclipticæ quæſita	23	30	17½	

Quanta ſit Obliquitas Eclipticæ ex aliorum Obſervationibus.

Porrò, pro majori confirmatione hujus Obliquitatis, etiam ex aliorum Præclarisſimorum Virorum Obſervationibus, eam eruamus; & quidem primò, ex Nob. Tychonis, qui pariter Solſtitium Ao. 1586, die Junii ſt. vet. annotavit, ut videre eſt, ex Longomontani Aſtronomiâ Danicâ Lib. I pag. 45. Cujus Altitudo Meridiana extitit

	Gr.	Min.	Sec.	
Anno 1586	57	35	36	
Parallaxis nostra			20	*Add.*
Correcta Altitudo Merid.	57	35	56	
Elevatio Æquatoris Tychonica Uraniburgi	34	5	30	*subtr.*
Remanet Obliquitas Ecliptica ex Observ. Tychon.	23	30	26	

Rursùs Nob. Tycho observavit Altit. Merid. Solstitii Æstivi, uti ex Riccioli Tom. I Almag. pag 161 *patet, quod Solstitium Reverendus Pater Curtius ipsi tum miserat, nimirùm Anno* 1589, 11 *Junii st. vet.*

	Gr.	Min.	Sec.	
Parallaxis nostra Addenda	57	35	25	
			20	
Altitudo Merid. Correcta	57	35	45	
Elevatio Æquatoris Tychonica	34	5	30	*subtr.*
Provenit Obliquitas Ecliptica.	23	30	15	

Quæ illi ex nostris Observationibus optimè respondet, inprimis si intermediam retineamus inter 26″ & 15″, quæ est 23° 30′ 20″½.

Obliquitas Ecliptica ex Wendelini Observatione.

Verùm ut eò adhuc securiores simus, etiam eam ipsam Obliquitatem ex Observatione Gottofredi Wendelini, Diligentissimi quondam Observatoris Forcalarii in Provinciâ habitâ supputabimus, quam Auctor Cl. Ricciolo transmiserat: prout ex Riccioli Almagesto Tomo I pag 161 patet.

	Gr.	Min.	Sec.	
Altitudo Meridiana Solstitii Æstivi	69	36	0	
Nostra Parallaxis Addenda			14	
Correcta Altit. Meridiana	69	36	14	
Elevatio Æquatoris Forcalarii	46	6	0	*subtr.*
Remanet Obliquitas Ecliptica.	23	30	14	

Genuina Obliquitas Ecliptica.

Quibus clarè iterum iterumque demonstratur, eandem haud majorem, quam 23° 30′ 20″ esse statuendam; ut pariter Clarissimus Ricciolus mecum sentit. Quam quidem dictus Auctor initio tantùm 23° 30′ 0″ statuit; at verò deinde, re aliquantò altiùs pervestigatâ, eandem omninò constituit 23° 30′ 20″: imò si aliquantò accuratiùs incedendum, vix ultra 23° 30′ 18″ definienda est: sicuti id fusè in Prodromo nostro Astronomiæ priori, quem ignis planè mihi eripuit, commonstraveram: quibus autem Observationibus, mihi memoriâ penitùs excidit.

Obliquitas Ecliptica neutiquam est mutabilis.

Denique, ex modò allatis Observationibus, præsertim Nob. Tychonis, ejusque Solstitiis, priori seculo ex Cœlo depromptis, manifestum pariter fit, Obliquitatem Ecliptica neutiquam nutare. Nam si quicquam mutationis intercessisset, profectò centum annorum spatio id deprehensum fuisset: accedit, quòd jam Purbachius & Regiomontanus Anno 1460; item Petrus Nonius Anno 1500, nec non Petrus Apianus, Orontius, Fineus Anno 1555, aliique Obliquitatem haud majorem 23° 30′ 30″ statuerint, nihilque obstat, Veteres cum Tychone eandem aliquantò majorem definivisse: quippe illi tam accuratè ob caussas varias, eam dirimere haud potuerunt, & quidem Tycho ob nimiam Parallaxin, atque Refractionem. Verissimum itaque Obliquitatem Ecliptica omni tempore prorsùs manere invariabilem atque haud majorem revera esse 23° 30′ 20″, quod demonstrandum erat.

Quinam Auctores Obliquitatem 23° 30′ 30″ statuerint.

CA-

CAPUT IV.

De Motu Solis, ejusque Tabulis.

IN tribus præcedentibus Capitibus egimus quidem de Rebus summè necessariis, ad novum solidiorem Catalogum Fixarum construendum; verùm hæc nondum sufficiunt, si non aliorum Antecessorum vestigiis insistere velimus, sed ipsimet omnia ab ovo incipere, ac si nullus planè Catalogus à quopiam adhuc editus fuisset. Ad quod autem negotium exantlandum necessariò requiritur Motus Solis omnimodè correctus. Scias enim, Benevole Lector, quòd neque ullus Veterum, neque ipse Nob. Tycho, nec Longomontanus, Kepplerus, sive quisquam alius Tabulas Solares omnibus numeris absolutissimas in lucem produxerit. Quamobrem necessitas efflagitat, ut nunc quoq; eruamus pro nostro modulo genuinum Solis motum ad construendum novas correctiores, quoad fieri potest, Tabulas Solares, videlicet non solùm ex Nostris quamplurimis tot ac tot Annorum Observationibus Altitudinum Meridianarum, Solstitiorum & Æquinoctiorum majoribus æneis & fide dignissimis Organis ex Cœlo debitâ diligentiâ deductis, sed etiam ex Veterum Hipparchi, Ptolomæi, Albategnii, Tychonis, aliorumque Clarissimorum Virorum Observatis.

Verus Motus Solis ad novum Fixarum Catalogum construendum maximè necessarius.

Ex Veterum & Auctoris Observationibus motus Solis quæsitus est.

Quod cùm sublime admodùm, ac ardui conaminis sit opus, ita in antecessum plurima inquirenda, priusquam correctiores Tabulas Solares obtineamus: utpote verus & exquisitus Annus Tropicus, Eccentricitas Solis, Motus Solis Longitudinis, Motus Apogæi, deinde etiam Epochæ, inprimis Epocha Christi, maximaq; Prostaphæresis ac ejus generis alia. In quibus autem omnibus, cùm Auctores haud parùm ab invicem discedant, omnem movi lapidem (absit vana gloriola) plurimumq; temporis multorum annorum huic negotio impendi, pro meo modulo à DEO concesso, ut ea ritè, ac debitè mihi conciliarem; Omnipotens etiam huic meo summo desiderio eousq; annuit, ut dicta omnia jam ante plurimos Annos, pro voto meo feliciter ad calcem perduxerim, quævis debito calculo pervestigaverim, annotaverim, in ordinemque redegerim, pariter etiam ex istis fundamentis, novas planè Tabulas Solares exstruxerim, nec non ea omnia, quæ ad meum Astronomiæ Prodromum, atque novum Fixarum Stellarum Catalogum spectare videbantur, in unum benè grande fasciculum congesserim.

Quænam inprimis requirantur ad verum motum Solis eliciendum.

Auctor ea omnia jam olim quidem conquisiverat.

Verùm enimverò, eheu! summum illud meum infortunium iterum iterumque deflendum mihi est, quòd inter tot pretiosissima, ac multò mihi carissima, ut Orbi Literato abundè innotuit, etiam Res has omnes, cum omni calculo, Tabulisq; meis novis Solaribus, crudele illud incendium prorsùs absorpserit, ac quidem ita, ut ne pagella quidem remanserit:

Sed deplorandum incendium ea etiam omnia abstulit.

ſerit: atque exinde poſt tot nimirùm annos, curas atque ærumnas, res illæ omnes memoriâ mihi exciderint, quâ ratione ab omni parte à me tum elaborata fuerunt. Proinde iſtum Prodromum, mi Aſtrophile, neutiquam modò Tibi ob oculos ponere poſſum, ut quidem decreveram, ac nunc animitùs etiam exoptaſſem. Cùm nulli operi, aliorum meorum omnium, meo quali quali judicio, majorem operam, atque diligentiam impenderim.

Auctor, operas ſuprà dictas denuò aggreſſus, & quo fine.

Interea tamen optimè prævidens, quòd Catalogus iſte novus meus Fixarum, quem nunc in lucem proferre, DEO ſic annuente, conſtitui, plurimis, præſertim Invidis vix alicujus pretii, vel valoris videbitur, ſi nudè tantùm absque ullis demonſtrationibus, fundamentisq; proferatur. Ideoq; poſt crudele illud incendium, Divino auxilio fretus, ac requieſcente paullulùm animo, penitùs ab ipſo initio labores iſtos ex igne deperditos ſuſcepi, non quidem eâ intentione, ac fiduciâ, quaſi omnia & ſingula me redintegrare, & plenariè reſtituere, nec non adeò fusè deſcribere vellem, vel poſſem: minimè ſanè! quippe non inſcius, provectiorem meam ætatem, tum gravisſimas curas, occupationesque, tam publicas, quàm privatas, ea ad effectum deducere haud permittere. Adhæc fore omninò impossibile, easdem ipſas cogitationes, in omnibus punctis & clauſulis mihi poſſe in memoriam revocare, quæ ante 20 & 25 annos in mentem tum venerant. Verùm eo tantummodò animo operas illas denuò aggreſſus ſum, ut omni diligentiâ adhibitâ minimùm quædam proferre poſſem, non quidem adeò fuſisſimo calculo, totq; innumeris exemplis, ſed ſolùm eatenus, quatenus liceret, ac Divina Gratia permitteret; quò minimùm Aſtrophili videant breviter, quibus fundamentis Tabulæ Noſtræ novæ Solares innitantur, & quâ ratione ego rursùs negotium illud fuerim aggreſſus.

Neceſſe eſt ut omnium primò Annus Tropicus eruatur.

Ad rem autem ipſam ut deveniamus: ſcias, mi Lector, neceſſe omninò eſſe, ut omnium primò allaboremus, quò Annum Tropicum quàm accuratisſimè exploratum, ac ſolidè confirmatum habeamus. Cùm ex eo reliqua ferè omnia dependeant, tanquam à præcipuo fundamento; in quo tamen Auctores minimè conveniunt, ſed quot ferè Auctores, tot ſunt de eo ſententiæ. Idcircò omni opere adniti debemus, ut accuratiorem & veriorem obtineamus. Annus autem iſte Tropicus, aut ex Solſtitiis, aut Æquinoctiis præcipuè eruitur; dantur quidem alii modi, ſed iis parùm admodùm eſt fidendum, atq; ita ſilentio eos hic prætereamus, qui brevitati nunc ſtudemus. Priori modo ex Solſtitiis, haud multùm etiam eſt tribuendum; quandoquidem eo tempore Declinatio Solis in pluſculis horis, imò ferè integrâ die notabiliter nec creſcit, vel decreſcit, ut exinde Solſtitia, licet optimis & maximis Inſtrumentis, etiam ab omnium exercitatisſimo Obſervatore ſint deprehenſa, nequaquam profectò posſint in ipſis minutisſimis particulis determinari. Alter verò modus ex Æquinoctiis, multò tutior eſt, etiam ſecundùm ſententiam omnium Aſtronomorum, ſed non ex uno aut altero Æquinoctio, uno eodemque loco obſervato, Annus Tropicus deducitur, ſed plurima requirun-

Ex Æquinoctiis & Solſtitiis Annus Tropicus inveſtigatur.

quiruntur, quibus Gratiâ Divinâ abundè affatim fruor. Nam ſpatio 27 Annorum, in quibus majoribus Inſtrumentis continuò Aſtris invigilavi, ſexaginta circiter Solſtitia, & Æquinoctia, tam Vernalia, quàm Autumnalia acquiſivi exceptis adhuc illis, quæ minoribus Organis, poſt incendium in novâ meâ Speculâ obtinui. Ex quibus utique certiora, Cœlo admodùm ſudo obſervata eligere poſſum. Verùm hoc nondum ſufficit, omnibus numeris exquiſitisſima uno eodemque loco ex Cœlo impetrata ad manus habere, neceſſe quoque eſt, ut Veterum & Anteceſſorum Æquinoctia nobis non deſint; imò quò antiquiora ſunt, & plus temporis inter Noſtra, & illorum Æquinoctia intercesſit, eò correctiorem Annum Tropicum eruere ac definire poſſumus. Talia autem apud Vetuſtisſimos Aſtronomos rarò ſunt obvia, & quæ adhuc inveniuntur, admodùm vacillant, & vix illis quicquam tribuendum: cùm ſibi invicem minimè reſpondeant, & unumquodque Æquinoctium alium atque alium producat Annum Tropicum.

Æquinoctia Veterum admodùm vacillant.

Nihilominùs ex omnium Antiquioribus, utpote Hipparchi vel Ptolomæi neceſſariò minimùm unicum eligere oportet; atque ita exoptandum foret, ut nobis præſentiſcere vel divinare daretur, quodnam Æquinoctium omnium aliorum optimum & accuratius ſit; verùm cùm id fieri planè nequeat, tutisſimum erit, ut illud arripiamus, quod alii nobiſcum pro aliorum omnium accuratiori habent: nimirùm tale Æquinoctium, quod nec manè, nec veſperi incidit, ubi nobis nihil negotii eſt cum Refractionibus, quod non tempore Vernali, ſed Autumnali accidit, ac pariter Cl. Ismael Bullialdus & Ricciolus uſurpavit, nempe Hipparchi Æquinoctium Alexandriæ obſervatum Anno 21 tertiæ Periodi Calippicæ qui fuit ante Chriſtum Annus 158, Intercalarium primus, die nempe 27. Sept. ſtylo Juliano, in ipſo meridie, ac tertio Anno poſt Biſſextilem eſt obſervatum. Hocce nunc pro fundamento ponamus, ſimul & Noſtrum Æquinoctium Autumnale, pariter Anno tertio poſt Biſſextilem, Anno videlicet à nato Chriſto 1655, ſtylo Juliano die 12 Septemb. Hor. 21 12′ 30″ obſervatum, atque ex his binis Annum Noſtrum Tropicum more ſolito ſupputemus. Differentiam Meridianorum inter Alexandriam & Dantiſcum (ut Æquinoctium Hipparchicum ad Meridianum Gedanenſem reducatur) ex fide dignisſimis Auctoribus diligenter, quantum fieri potuit, hauſi, nimirùm eſſe Hor. 1 27′ 9″ ab Hipparchico Æquinoctio ſubtrahendam, prout ex ſubſequente calculo patet.

Quodnam Æquinoctium ex Antiquioribus Auctor elegerit.

Et quodnam Auctoris ad Annum Tropicum fuerit adhibitum.

Ratio calculi pro Anno Tropico.

		D.	Hor.	Min.	Sec.
Æquinoct. Hipp. obſerv. Alexand. Anno ante Chriſtum 158 *Jul. die*		26	24	0	0
Differentia Merid. inter Alexand. & Dantiſcum ſubtr.			1	27	9
Æquinoctium Hipparchicum reductum	158	26	22	32	51
Æquinoct. Ged. obſerv. itidem tertio anno poſt Biſſext.	1655	12	21	12	30
	1812 *Diff.*	14	1	20	21
	Dies.	*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	

Hæc differentia temporis 14 1 20 21 in ſecunda ſunt reſolvenda, atque tum per tot Annos, quot inter utrumque effluxerunt (utpote 1812 anni) dividatur, ſicq; proveniunt 670 ſecunda; quæ rursùs ad minuta prima

& ſecunda rediguntur, nempe 11′ 10″ cum fractione 381: quæ in tertia & quarta reſolvitur, & ita proveniunt 12‴ 37⁗. Quo peracto, habebis Præceſſionem Æquinoctiorum in minutis, ſecundis, tertiis, & quartis ſubtrahendam, ab Anno Soſigenis nimirùm 365 dieb. & 6 Horis, ut habeas verum & genuinum Annum Tropicum. Sed Tyronum gratiâ, ut eò clariora fiant omnia, totum calculum hic apponam.

Exemplum Calculi.

Dies reſolvuntur	14
Horæ	24
	96
	24
Horæ integræ	336
Hora 1 *addenda*	1
Summa horarum	337
Minuta	60′ *multiplicantur*
Prodeunt minuta	20220
	20′ *Add.*
Summa minutorum	20240
	60″ *multipl.*
Secunda	1214400
	21″ *Add.*
Summa Secundorum	1214421 *quæ dividuntur per annos* 1812

```
                3
            4 2 7 2 8                1
        4 2 4 4 4 2 1 ( 6 7 0 ( 11′ 10″
            4 8 4 2 2 2           6 6 0
              4 8 4 4
                4 8
```

```
  3 8 1″                  1 1 1 6‴
  6 0‴                      6 0‴
  2 2 8 6 0               6 6 9 6 0
```

```
      1 1 1                 1 2 6 0
      4 7 4 6               6 6 9 6 0 ( 37⁗ ferè
      2 2 8 6 0 ( 12‴       4 8 4 2 2
      4 8 4 2 2             4 8 4
        4 8 4
```

Verus Annus Tropicus.

Sic ut detrahenda ſit Præceſ. Æquinoct.				11′	10″	12‴	37⁗ *ab*
Anno Soſigenis	*Dier.* 365	*Hor.* 5		59	59	59	60
Prodit Annus Tropicus noſter verus	365	5		48	49	47	23

Majoris confirmationis gratiâ, retinendo ſuperius Æquinoctium Hipparchicum, ex alio prorsùs meo Æquinoctio, quod pariter Anno tertio poſt Biſſextilem incidit tempore Autumnali (quorum paucisſima inter meas Obſervationes, quæ Cœlo ſatis ſereno ſunt deprehenſa, invenire potui) Anno ſcilicet 1667, Sept. 12 ſtyl. Jul. horâ 18 59′ 35″ Annum Tropicum quæſitum eamus, peracto calculo provenit Dier. 365 Hor. 5. 48′ 49″ 49‴ 36⁗, qui non niſi 2‴ 13‴ à ſuperiori invento diſcrepat. Quod profectò fieri neutiquam potuiſſet, niſi utrumque Noſtrum Æquinoctium accura-

Prorsus ex alia Obſervatione elicitur Annus Tropicus.

accuratisſimè eſſet obſervatum: atque hoc rigidisſimum & infallibile eſt examen, pro cognoſcendis Æquinoctiis tam Veterum, quàm Recentiorum omnium, ut mox pluribus dicetur.

Calculus.

		D.	Hor.	Min.	Sec.	
Æquinoct. Hipparch. Anno ante Chr. 158 *Jul. Sept.*		26	22	32	51	*reduct. ad Horiz.*
Æquinoct. Noſtrum obſ. die 23 *Sept.* 1667 *Jul. Sept.*		12	18	59	35	*Gedan.*
Hora 6 59′ 35″ *mane ſtyl. Greg.*						
	1824 *Differ.*	14	3	33	16	

Calculus Anni Tropici.

Dies reſolvuntur 14
Horæ 24
96
24
Summa horar. 336
Addend. 3 *Hor.*
Summa horar. 339
Minuta 60′ *multiplic.*
Minuta 20340
33′ *add.*
Summa Minutorum 20373
60″ *multipl.*
Secunda 1222380
16′ *add.*
Summa Secundorum 1222396 *quæ dividuntur per annos* 1824

3
1824 1 3 16″ 72
1222396 (670 (11′ 10″ 60‴ 18960 1824 (10‴
1824 660 1824
1824 1824
1824

720″
60‴
43200

124
6728
43200 (23 *vel* 24‴
1824
1824

	D.	Hor.				
Fit igitur Præceſſio Æquinoctiorum			11′	10″	10‴	24⁗ *detrahenda*
Ab Anno Soſigenis	365	5	59	59	59	60
Annus Tropicus quæſitus	365	5	48	49	49	36
Prior erat	365	5	48	49	47	23
Diſcedit tantummodo à ſuperiori ad					2‴	13⁗

Annus Tropicus.

Animitùs nunc exoptarem, ut plura ejusmodi Æquinoctia ex meis Obſervationibus ad manus haberem, quò poſſem magis magisque prius Noſtrum Æquinoctium Anno 1655 acquiſitum ſtabilire; ſed nullum præterea, quod majoribus Inſtrumentis, Cœlo apprimè ſereno ſatis diligenter ſit obſervatum, reperire potui. Certum itaque eſt, ſi Æquinoctia

(cujus-

Infallibile argumentum, quænamm Æquinoctia sint debitè observata.

(cujuscunque etiam sint Auctoris) accuratissimè sint observata, necesse omninò est (quod benè notes velim) ut eundem planè Annum Tropicum, in primis & secundis producant, sive Æquinoctio Hipparchico, Anno ante Christum 158, sive Nostro Æquinoctio Anno Christi 1655 acquisito applicentur: quæ Æquinoctia autem non planè eundem Annum Tropicum exhibent, infallibile est argumentum, illa nutare, & rejicienda, vel corrigenda esse. Hinc pariter si ex Nostro Æquinoctio Anno 1655 jam corroborato, & Veterum quodam, Annus rursùs quæratur Tropicus, oportet omninò, ut eundem Annum producant; sin minùs, certissimum est, Æquinoctium istud vetus esse falsum.

Id quod benè notes.

Quænam Æquinoctia Veterum sint dubia.

Quare Veterum Æquinoctia haud adeò certa sint.

Exempli gratiâ: Supputemus nunc ex Æquinoctio Hipparchico, Anno ante Christum 162, pariter tertio post Bissextilem observato, atque ex Nostro 1655, jam stabilito, Annum Tropicum; peracto autem calculo videbis eundem ad octo integra secunda à priori discedere; quod sanè fieri haud potuisset, si Hipparchi Æquinoctium Anni 162 omnimodè correctè esset annotatum. Id quod etiam mihi obtigit, dum istud Æquinoctium Hipparch. Anno ante Christum 146. examinarem, quod pariter satis longè à vero aberrat. Sic ut vix unum aut alterum ex Æquinoctiis Veterum ipsam attingat metam. Id quod autem minimè miraberis, Benevole Lector: cùm eo tempore, tam exactè elaborata Organa nondum possederint, nec per Armillas ullâ ratione id fieri potuerit, ut Nob. Tycho optimè id expertus est: atque exinde etiam dictas Armillas penitùs rejecit.

Sequitur ipse calculus Anni Tropici, ex Æquinoctio Hipparchico

			D.	Hor.	Min.	Sec.
Anni ante Christ. 162 *ad Merid. Ged. reducto*	*S. J. Sept.*		26	19	15	58
Nostrum Æquinoct. 1655		*Sept.*	12	21	12	30
Annorum different. 1816		*Dies.*	13	22	3	28

Calculus Anni Tropici ex Æquinoctio Hipparchico.

Dies	13	4 1
Horæ	24	4 4 3 0 4 6
	52	4 2 0 2 6 0 8 (662 (11′ 2″
	26	4 8 4 6 6 6 660
	312	4 8 4 4
	22	4 8 4 6
Horæ integræ	334	4 1 6
	60′	6 0″
		2 4 9 6 0″
Minuta	20040	1 3 5
	3′	6 8 0 2
Summa Minutor.	20043	2 4 9 6 0 (13″
	60″	4 8 4 6 6
Secunda	1202580	4 8 4
	28″	1 3 5 2
Summa Secund.	1202608	6 0‴
		8 1 1 2 0
Quæ dividuntur per annos 1816		8 4 8
		8 4 4 2 0 (44‴
		4 8 4 6 6
		4 8 4

Fit

Fit itaque Præcessio Æquinoctiorum

detrahenda ab			11′	2″	13‴	44⁗
Anno Sosigenis	*D.* 365	*Hor.* 5	59	59	59	60
Annus Tropicus quæsitus	365	5	48	57	46	16
Prior autem erat	365	5	48	49	47	23
Discrepat à genuino anno ad				7	58	53

Idcircò haud rectè observatum est ab Hipparcho, & rejiciendum si non corrigatur.

Nonnunquam ad 8″ Annus Tropicus fit dubius ex quibusdam Solstitiis.

Quâ ratione nunc quævis Æquinoctia, sive Veterum, sive Recentiorum, quæcunqve volueris, ad amussim examinare potes: an exactè ex Cœlo sint deprompta. Nam si non eundem ipsum Annum Tropicum in secundis & tertiis producant, ex Hipparchico Æquinoctio videlicet Anni 158, vel Nostro Anni 1655, infallibile est indicium, illa à vero exorbitare: atque ideò rejicienda esse, nisi ea rursùs correxeris.

Quomodo examinari possit quodliber Æquinoctium tam Veterum quàm Recentiorum.

Utinam ferale illud incendium mihi non penitùs absorpsisset etiam ea, quæ in hocce negotio, multo sanè labore mihi comparaveram, lubenter hîc apponerem, quamplurima illa Æquinoctia diversissimorum Auctorum, quæ superiori methodo à me examinata & correcta fuerunt, tam Hipparchi, Ptolomæi, Albategnii, Waltheri, quám Tychonis aliorumq; potuisses ipse ex calculo protinùs perspicere, quænam à vero, & quot horis citiùs vel tardiùs discederent, tum quòd correcta illa Æquinoctia universa, si superiori illi Æquinoctio, vel Nostro, vel Hipparchico, conjungerentur, præcisè eundem semper Annum Tropicum genuinum producerent. Id quod autem hâc ratione, quantum adhuc memini, sum assequutus. Exempli gratiâ: in antecedente exemplo ex Hipparchi Æquinoctio Anni 162 ante Christum, Annum Tropicum ad 7′, 58″, 53‴, majorem esse genuino anno, paullò ante à nobis exhibito comperi. Idcircò certo certius est, Hipparchicum Æquinoctium Instrumentis observatum tardiùs determinatum esse, quàm reverà in Cœlo accidit. Quamobrem ita procedendum, ut invenias quot horæ, minuta, secunda, tertia, & quarta addenda vel subtrahenda sint priori tempori Hipparchico: nimirùm excessus ille 7″ 58‴ 53⁗ resolvatur in quarta; deinde numerus iste multiplicetur cum 1816 annis, interstitio scilicet inter utrumque Æquinoctium, & habebis in quartis, quot horæ, prima, secunda, tertia, & quarta, priori Æquinoctio Hipparchico addenda vel subtrahenda sint, prout Æquinoctium illud verum, Tempori observato, vel præcesserit, vel subsequutum sit. Atque sic plurima Æquinoctia Auctorum ad normam reduxeram; quæ lubenter admodùm hîc adjecissem, si DEO O. M. ita visum fuisset.

Ferale illud incendium plurima etiam in hâc materiâ abstulit.

Quomodo sciendum, an tardiùs vel citiùs Æquinoctia reverà inciderint.

Verùm ne diutiùs his rebus immoremur: cùm universa omnia in priori Nostro Prodromo deperdito, restituere adeò prolixè ac plenè nunc, ob angustiam temporis, negotiorumq; molem haud valeamus. Sufficiat ergo hîc dixisse, absq; omni gloriolâ, me, nulli labori parcendo, variâ viâ, ex plurimis Æquinoctiis, Hipparchi, Ptolom. Albategn. Tychon. Principis Hassiaci, summâ, quoad fieri potuit, industriâ, pro tenui meo modulo, Annum Nostrum Tropicum ut tunc, sic & nunc derivasse; atque

Pro summâ diligentiâ Auctor Annum Tropicum & reliqua investigavit.

istum, quem pro correctiori & certiori habui tandem retinuisse: nempe Dier. 365 Hor. 5 48′ 49″ 47‴ 23⁗. Posteà ex eodem omnia illa eruisse, quæ ad construendas Tabulas spectare necessariò videbantur: utpote genuinum Motum Solis Diurnum, Motum Solis Horarium, Annum Communem, Annum Bissextilem, & ejus generis alia: item Epocham Christi, Eccentricitatem Solis bissectam, Prosthaphæresin maximam, Apogæum, Motum & Epocham Apogæi, reliquaque requisita omnia.

Verus Annus Tropicq noster.

DEUS O. M. etiam conatui meo eousque annuit (pro quo Ei æternas debeo grates) ut sperem, Motum huncce Solis, Tabulasque, prioribus satis præcisè in omnibus partibus responsurum: ut ex evidentibus argumentis affatim patet. Sed ad rem ipsam:

		Sexag. Gr.	I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X
	Motus Solis diurnus extitit		59	8	19	47	55	20	25	8	43	52
		cum fractione					2	42	17	44	33	37	40	0
							6	5	14	32	4	28	27	30
Motus Solis diurnus & annuus.	*Motus Anni communis*		5	59	45	40	26	31	39	12	58	6	51	20
	Motus Anni bissext. abjecto integro Circulo		0	0	44	48	46	19	34	33	23	15	35	12

		S.	*Gr.*	*Min.*	*Sec.*
Epocha Christi Longit. & Apogæi.	*Epocha Christi Longitudinis*		9	8	40	7
	Epocha Christi Apogæi		2	9	10	2

		III	IV
Motus Apogæi.	*Motus Apogæi unius Anni*	1 2 48	0
	Motus Apogæi unius Diei	10	11
	Motus Apogæi horarius		25

		Gr.	*Min.*	*Sec.*	III	IV
	Motus Apogæi 100 *Annorum*	1	44	44	14	35

Eccentricitas & Prosthaphæresis.	*Bissecta Eccentricitas*	*S. T.*	1776
	Tota Eccentricitas	*S. T.*	3552

		Gr.	*Min.*	*Sec.*
	Maxima Prosthaphæresis Solis	2	2	8

Distantia Solis à Terrâ & Parallaxis.	*Maxima Distantia Solis à Terrâ*	5248	*S. T. Parallaxis Solis*	39″
	Media Distantia Solis à Terrâ	5157	*S. T. Parallaxis Solis*	40″
	Minima Distantia Solis à Terrâ	5065	*S. T. Parallaxis Solis*	41″



JO-

JOHANNIS HEVELII TABULÆ SOLARES NOVÆ,

Ex Obſervationibus Mach. Cœleſt. Part. II. exhibitis, adeoq; propriis Auctoris principiis de novo prorsùs ad Meridianum Gedanenſem, ſummo ſtudio & induſtriâ, indefeſſoque labore computatæ:

Quibus acceſſere Refractionum, Parallaxium, Declinationum, Aſcenſionum Rectar. & Obliquarum, aliæque Tabulæ.

MAGNA OPERA JEHOVÆ, EXPOSITA OMNIBUS, QUI DELECTANTUR ILLIS.

RADICES ÆQUALIUM MOTUUM SOLIS,

Ad Meridiem Calendarum Januarii, Styli Juliani, Et Meridianum Gedanensem supputatæ.

Ante Æram Christianam.

Anno Compl.	Longitudinis				Apogæi			
	Sign.	Gr.	Min.	Sec.	Sign.	Gr.	Min.	Sec
4000	8	8	5	9	11	29	20	32
3000	8	15	43	53	0	16	47	55
2000	8	23	22	38	1	4	15	17
1500	8	27	12	0	1	12	58	58
1400	8	27	57	53	1	14	43	43
1300	8	28	43	45	1	16	28	27
1200	8	29	29	38	1	18	13	11
1100	9	0	15	30	1	19	57	55
1000	9	1	1	22	1	21	42	40
900	9	1	47	15	1	23	27	24
800	9	2	33	7	1	25	12	8
700	9	3	19	0	1	26	56	52
600	9	4	4	52	1	28	41	37
500	9	4	50	45	2	0	26	21
400	9	5	36	37	2	2	11	6
300	9	6	22	30	2	3	55	50
200	9	7	8	22	2	5	40	34
100	9	7	54	15	2	7	25	18
Epocha Christi	9	8	40	7	2	9	10	2

				67	48				86	54				89	17
3	55	57	49			95	36	28			140	3	53		
				68	39				87	7				89	15
4	57	6	28			97	3	35			141	33	8		
				69	33				87	23				89	12
5	58	16	1			98	30	58			143	2	20		
				70	34				87	34				89	9
6	59	26	35			99	58	32			144	31	29		
				71	23				87	50				89	8
7	60	37	58			101	26	22			146	0	37		
				72	18				88	4				89	4
8	61	50	16			102	54	26			147	29	41		
				73	15				88	15				89	0
9	63	3	31			104	22	41			148	58	41		
				73	51				88	25				89	0
10	64	17	22			105	51	6			150	27	41		
				74	42				88	36				88	57
11	65	32	4			107	19	42			151	56	38		
				75	30				88	42				88	54
12	66	47	34			108	48	24			153	25	32		
				76	27				88	50				88	51
13	68	4	1			110	17	14			154	54	23		
				76	59				89	1				88	49
14	69	21	0			111	46	15			156	23	12		
				77	49				89	3				88	45
15	70	38	49			113	15	18			157	51	57		
				78	29				89	7				88	45
16	71	57	18			114	44	25			159	20	42		
				79	14				89	15				88	41
17	73	16	32			116	13	40			160	49	23		
				79	44				89	17				88	40
18	74	36	16			117	42	57			162	18	3		
				80	30				89	18				88	37
19	75	56	46			119	12	15			163	46	40		
				81	5				89	23				88	35
20	77	17	51			120	41	38			165	15	15		
				81	39				89	25				88	34
21	78	39	30			122	11	3			166	43	49		
				82	12				89	24				88	33
22	80	1	42			123	40	27			168	12	22		
				82	45				89	27				88	30
23	81	24	27			125	9	54			169	40	52		
				83	19				89	28				88	30
24	82	47	46			126	39	22			171	9	22		
				83	50				89	26				88	28
25	84	11	36			128	8	48			172	37	50		
				84	15				89	27				88	27
26	85	35	51			129	38	15			174	6	17		
				84	37				89	29				88	25
27	87	0	28			131	7	44			175	34	42		
				85	4				89	25				88	26
28	88	25	32			132	37	9			177	3	8		
				85	29				89	23				88	26
29	89	51	1			134	6	32			178	31	34		
				85	48				89	26				88	26
30	91	16	49			135	35	58			180	0	0		

TABULA ASCENSIONUM OBLIQUARUM

	♎			Differ.		♏			Differ.		♐			Differ.	
	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.
0	180	0	0	88	26	224	24	2	89	26	268	43	11	85	48
1	181	28	26	88	26	225	53	28	89	23	270	8	59	85	29
2	182	56	52	88	26	227	22	51	89	25	271	34	28	85	4
3	184	25	18	88	25	228	52	16	89	29	272	59	32	84	37
4	185	53	43	88	27	230	21	45	89	27	274	24	9	84	15
5	187	22	10	88	28	231	51	12	89	26	275	48	24	83	50
6	188	50	38	88	30	233	20	38	89	28	277	12	14	83	19
7	190	19	8	88	30	234	50	6	89	27	278	35	33	82	45
8	191	47	38	88	33	236	19	33	89	24	279	58	18	82	12
9	193	16	11	88	34	237	48	57	89	25	281	20	30	81	39
10	194	44	45	88	35	239	18	22	89	23	282	42	9	81	5
11	196	13	20	88	37	240	47	45	89	18	284	3	14	80	30
12	197	41	57	88	40	242	17	3	89	17	285	23	44	79	44
13	199	10	37	88	41	243	46	20	89	15	286	43	28	79	14
14	200	39	18	88	45	245	15	35	89	7	288	2	42	78	29
15	202	8	3	88	45	246	44	42	89	3	289	21	11	77	49
16	203	36	48	88	49	248	13	45	89	1	290	39	0	76	59
17	205	5	37	88	51	249	42	46	88	50	291	55	59	76	27
18	206	34	28	88	54	251	11	36	88	42	293	12	26	75	30
19	208	3	22	88	57	252	40	18	88	36	294	27	56	74	42
20	209	32	19	89	0	254	8	54	88	25	295	42	38	73	51
21	211	1	19	89	0	255	37	19	88	15	296	56	29	73	15
22	212	30	19	89	4	257	5	34	88	4	298	9	44	72	18
23	213	59	23	89	8	258	33	38	87	50	299	22	2	71	23
24	215	28	31	89	9	260	1	28	87	34	300	33	25	70	34
25	216	57	40	89	12	261	29	2	87	23	301	43	59	69	33
26	218	26	52	89	15	262	56	25	87	7	302	53	32	68	39
27	219	56	7	89	17	264	23	32	86	54	304	2	11	67	48
28	221	25	24	89	18	265	50	26	86	30	305	9	59	66	50
29	222	54	42	89	20	267	16	56	86	15	306	16	49	65	56
30	224	24	2			268	43	11			307	22	45		

AD

AD ELEVATIONEM POLI GEDANENSEM 54° 22′ 52″

	♑			Differ.		♒			Differ.		♓			Differ.	
	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.
0	307	22	45	64	56	333	6	27	38	35	348	36	12	25	6
1	308	27	41	64	0	333	45	2	37	54	349	1	18	24	54
2	309	31	41	63	0	334	22	56	37	12	349	26	12	24	37
3	310	34	41	62	7	335	0	8	36	37	349	50	49	24	23
4	311	36	48	61	9	335	36	45	35	59	350	15	12	24	12
5	312	37	57	60	4	336	12	44	35	26	350	39	24	23	59
6	313	38	1	59	11	336	48	10	34	50	351	3	23	23	46
7	314	37	12	58	8	337	23	0	34	12	351	27	9	23	34
8	315	35	20	57	3	337	57	12	33	39	351	50	43	23	28
9	316	32	23	56	21	338	30	51	33	9	352	14	11	23	14
10	317	28	44	55	20	339	4	0	32	36	352	37	25	23	5
11	318	24	4	54	22	339	36	36	32	8	353	0	30	22	56
12	319	18	26	53	17	340	8	44	31	36	353	23	26	22	49
13	320	11	43	52	31	340	40	20	31	7	353	46	15	22	39
14	321	4	14	51	31	341	11	27	30	39	354	8	54	22	33
15	321	55	45	50	39	341	42	6	30	15	354	31	27	22	25
16	322	46	24	49	38	342	12	21	29	47	354	53	52	22	19
17	323	36	2	48	56	342	42	8	29	21	355	16	11	22	12
18	324	24	58	47	56	343	11	29	29	0	355	38	23	22	7
19	325	12	54	47	3	343	40	29	28	37	356	0	30	22	3
20	325	59	57	46	13	344	9	6	28	11	356	22	33	21	58
21	326	46	10	45	26	344	37	17	27	50	356	44	31	21	53
22	327	31	36	44	35	345	5	7	27	29	357	6	24	21	50
23	328	16	11	43	43	345	32	36	27	10	357	28	14	21	46
24	328	59	54	42	54	345	59	46	26	50	357	50	0	21	44
25	329	42	48	42	11	346	26	36	26	31	358	11	44	21	41
26	330	24	59	41	29	346	53	7	26	9	358	33	25	21	41
27	331	6	28	40	44	347	19	16	25	57	358	55	6	21	38
28	331	47	12	39	57	347	45	13	25	39	359	16	44	21	38
29	332	27	9	39	18	348	10	52	25	20	359	38	22	21	38
30	333	6	27			348	36	12			360	0	0		

TABULA DIFFER. ASCENSIONAL. AD ELEVAT. POLI GEDANENS. 54° 22′ 52″

	♈ ♎			Differ.		♉ ♏			Differ.		♊ ♐			Differ.		
	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.	Gr.	M.	S.	M.	S.	
0	0	0	0			16	30	7			30	54	49			30
				33	24				32	3				23	15	
1	0	33	24			17	2	10			31	18	4			29
				33	24				31	52				22	46	
2	1	6	48			17	34	2			31	40	50			28
				33	24				31	44				22	10	
3	1	40	12			18	5	46			32	3	0			27
				33	22				31	40				21	34	
4	2	13	34			18	37	26			32	24	34			26
				33	23				31	28				21	2	
5	2	46	57			19	8	54			32	45	36			25
				33	22				31	18				20	28	
6	3	20	19			19	40	12			33	6	4			24
				33	22				31	9				19	48	
7	3	53	41			20	11	21			33	25	52			23
				33	20				30	59				19	5	
8	4	27	1			20	42	20			33	44	57			22
				33	20				30	47				18	23	
9	5	0	21			21	13	7			34	3	20			21
				33	18				30	37				17	43	
10	5	33	39			21	43	44			34	21	3			20
				33	16				30	23				17	1	
11	6	6	55			22	14	7			34	38	4			19
				33	15				30	9				16	17	
12	6	40	10			22	44	16			34	54	21			18
				33	14				29	58				15	24	
13	7	13	24			23	14	14			35	9	45			17
				33	11				29	44				14	48	
14	7	46	35			23	43	58			35	24	33			16
				33	10				29	26				13	55	
15	8	19	45			24	13	24			35	38	28			15
				33	6				29	12				13	9	
16	8	52	51			24	42	36			35	51	37			14
				33	5				28	57				12	14	
17	9	25	56			25	11	33			36	3	51			13
				33	1				28	37				11	35	
18	9	58	57			25	40	10			36	15	26			12
				32	59				28	17				10	34	
19	10	31	56			26	8	27			36	26	0			11
				32	56				28	0				9	41	
20	11	4	52			26	36	27			36	35	41			10
				32	53				27	38				8	45	
21	11	37	45			27	4	5			36	44	26			9
				32	47				27	18				8	6	
22	12	10	32			27	31	23			36	52	32			8
				32	44				26	56				7	5	
23	12	43	16			27	58	19			36	59	37			7
				32	41				26	30				6	6	
24	13	15	57			28	24	49			37	5	43			6
				32	35				26	4				5	15	
25	13	48	32			28	50	53			37	10	58			5
				32	30				25	42				4	12	
26	14	21	2			29	16	35			37	15	10			4
				32	26				25	15				3	16	
27	14	53	28			29	41	50			37	18	26			3
				32	20				24	51				2	24	
28	15	25	48			30	6	41			37	20	50			2
				32	12				24	18				1	25	
29	15	58	0			30	30	59			37	22	15			1
				32	7				23	50				0	30	
30	16	30	7			30	54	49			37	22	45			0
	♓ ♍					♒ ♌					♑ ♋					

TABULA MOTUM FIXARUM EXHIBENS IN ANNIS.

Anni	Gr.	M.	S.	T.	Anni	Gr.	M.	S.	T.	Anni	Gr.	M.	S.	T.
1	0	0	50	52	31	0	26	16	52	61	0	51	42	52
2	0	1	41	44	32	0	27	7	44	62	0	52	33	44
3	0	2	32	36	33	0	27	58	36	63	0	53	24	36
4	0	3	23	28	34	0	28	49	28	64	0	54	15	28
5	0	4	14	20	35	0	29	40	20	65	0	55	6	20
6	0	5	5	12	36	0	30	31	12	66	0	55	57	12
7	0	5	56	4	37	0	31	22	4	67	0	56	48	4
8	0	6	46	56	38	0	32	12	56	68	0	57	38	56
9	0	7	37	48	39	0	33	3	48	69	0	58	29	48
10	0	8	28	40	40	0	33	54	40	70	0	59	20	40
11	0	9	19	32	41	0	34	45	32	71	1	0	1	32
12	0	10	10	24	42	0	35	36	24	72	1	1	2	24
13	0	11	1	16	43	0	36	27	16	73	1	1	53	16
14	0	11	52	8	44	0	37	18	8	74	1	2	44	8
15	0	12	43	0	45	0	38	9	0	75	1	3	35	0
16	0	13	33	52	46	0	38	59	52	76	1	4	25	52
17	0	14	24	44	47	0	39	50	44	77	1	5	16	44
18	0	15	15	36	48	0	40	41	36	78	1	6	7	36
19	0	16	6	28	49	0	41	32	28	79	1	6	58	28
20	0	16	57	20	50	0	42	23	20	80	1	7	49	20
21	0	17	48	12	51	0	43	14	12	81	1	8	40	12
22	0	18	39	4	52	0	44	5	4	82	1	9	31	4
23	0	19	29	56	53	0	44	55	56	83	1	10	21	56
24	0	20	20	48	54	0	45	46	48	84	1	11	12	48
25	0	21	11	40	55	0	46	37	40	85	1	12	3	40
26	0	22	·2	32	56	0	47	28	32	86	1	12	54	32
27	0	22	53	24	57	0	48	19	24	87	1	13	45	24
28	0	23	44	16	58	0	49	10	16	88	1	14	36	16
29	0	24	35	8	59	0	50	1	8	89	1	15	27	8
30	0	25	26	0	60	0	50	52	0	90	1	16	18	0

TABULA MOTUM FIXARUM EXHIBENS IN ANNIS ET MENSIBUS.

Anni	*Gr.*	*M.*	*S.*	*T.*	*Menses*	*S.*	*T.*
91	1	17	8	52	*Januar.*	4	14
92	1	17	59	44	*Februar.*	8	29
93	1	18	50	36	*Mart.*	12	43
94	1	19	41	28	*Aprilis*	16	57
95	1	20	32	20	*Majus*	21	12
96	1	21	23	12	*Junius*	25	26
97	1	22	14	4	*Julius*	29	40
98	1	23	4	56	*August.*	33	55
99	1	23	55	58	*Septemb.*	38	9
100	1	24	46	50	*Octob.*	42	23
200	2	49	33	40	*Novemb.*	46	38
300	4	14	20	30	*Decemb.*	50	52
400	5	39	7	20			
500	7	3	54	10			
600	8	28	41	0			
700	9	53	27	50			
800	11	18	14	40			
900	12	43	0	30			
1000	14	7	47	20			
2000	28	15	34	40			
3000	42	23	22	0			
4000	56	31	9	20			
5000	70	38	56	40			
6000	84	46	44	0			
7000	98	54	31	20			
8000	113	2	18	40			
9000	127	10	6	0			
10000	141	17	53	20			
20000	282	35	46	40			
25478	360	0	0	0			

Et dies 12; *Annus Platonicus.*

TABULA REFRACTIONUM STELLARUM.

	M.	*S.*
0	26	0
1	17	0
2	11	20
3	8	45
4	7	10
5	6	0
6	5	0
7	4	5
8	3	20
9	2	35
10	2	5
11	1	40
12	1	20
13	1	0
14	0	45
15	0	35
16	0	25
17	0	20
18	0	15
19	0	10
20	0	5

Ex-

Exhibitis nunc Tabulis Solaribus, cum aliis quibusdam Tabellis ad hocce negotium summè necessariis, operæ pretium etiam est, ut Earum usum, atque methodum, quemvis locum Solis supputandi ostendamus, tam in Annis post Christum natum, quam in Annis ante Christi Nativitatem. *Methodus supputandi locum Solis verum.*

Nimirùm; si detur Tempus post Christum, sume Centenarium, vel Millenarium proximè minorem dato Anno currente, ejusque Epochas motuum, tam Longitudinis, quàm Apogæi ex eâdem lineâ exscribe; posteà subjice completos Annos supra Centenarium, vel Millenarium illum excurrentes, motusque iis respondentes Epochis ritè pariter annota: tertiò cum Mensis currentis (seu Annus Communis seu Bissextilis sit) diebus completis; item cum Horis, Minutis & Secundis idem facito, inque unam Summam hos motus singulos colligito. Dein subtracto semper Apogæo à Longitudine mediâ, assumto integro Circulo, si Subtractio fieri nequit, relinquitur Anomalia Media, cum quâ Tibi erit adeunda Tabula Prosthaphæreseon Solarium, atque justa, adhibitâ, ubi opus fuerit, Parte Proportionali, excerpenda Prosthaphæresis, quæ in primo Anomaliæ mediæ Semicirculo, juxta Tituli monitum demta; in secundo verò Semicirculo, addita Longitudini Solis mediæ, monstrat Solis locum in Ecliptica verum: vel ut brevioribus dicam. *Post natum Christum.*

1. E Tabulis Æqualium Motuum colligantur usitato more Longitudo & Apogæum Solis.

2. Subtrahatur Apogæum à Longitudine (adjectis huic duodecim Signis, si Subtractio fieri nequit) Residuum est Anomalia Media.

3. Per hanc Anomaliam Mediam excerpatur Prosthaphæresis Solis, eaque juxta Titulos addatur, vel subtrahatur æquali Longitudini, & prodibit vera.

Exemplum Calculi post Christum.

Sit quærenda vera Solis Longitudo, ad Ann. 1686. die 28 Julii st. v. horâ 2. pom. in Meridiano Gedanensi. *Exemplum Calculi post Christum.*

	S.	Gr.	Min.	Sec.	
Epocha	9	21	18	14	
D. 27 Julii	6	25	0	53	
hor. 2 pom.	0	0	4	56	
	4	16	24	3	*Longit.*
	3	8	35	27	*Apog.*
	1	7	48	36	*Anom. Media*
		1	13	49	*Prosthaph. Subtr.*
	4	15	10	14	*Locus Solis verus in Ecliptica.*

S.	Gr.	Min.	Sec.	
3	8	34	52	
		0	35	
3	8	35	27	*Apogæum.*

Eadem ferè ratio est, si tempus detur ante Christum, tunc sume Centenarium vel Millenarium proximè majorem dato Anno currente, ejusque Epochas motuum, ut priùs, exscribe: dein subtrahe illos sic currentes ab Annis Epochæ proximè majoris, remanebunt Anni completi, quorum motus exscripti ex Tabulâ Annorum expansorum, subjiciendi *Ratio investigandi Locum Solis ante Christum.*

sunt

ſunt numeris cum Epochâ illâ majore exſcriptis: in reliquis Proceſſus idem eſt cum ſuperiori.

Exemplum Calculi ante Chriſtum.

Anno Olympiadis XLVIII, 4. id eſt, An. ante Chriſtum 585. curr. Biſſext. die 28. May ſt. Jul. prædixit magnam Solis Eclipſin Thales Mileſius; quo tempore Locus Solis ad Meridianum Gedanenſem fuit, qui ſequitur.

Exemplum Calculi ante Chriſtum.

		S.	Gr.	M.	S.		S.	Gr.	M.	S.	
Epochæ	600	9	4	4	52		1	28	41	37	
	15	11	29	22	32			0	15	43	
D. 27 Maj. Compl.		4	25	52	33					25	
		1	29	19	57	*Long.*	1	28	57	45	*Apog.*
		1	28	57	45	*Apog.*					
		0	0	22	12	*Anom. Media*					
			0	0	47	*Proſtaph. Subtr.*					
		1	29	19	10	*Locus Solis verus in Ecliptica.*					

Auctor olim ex Tabulis ſuis Solaribus deperditis, Annum Creationis inquiſivit.

Hâc occaſione datâ, mihi in memoriam revoco, quòd ex prioribus meis Tabulis Solaribus ab igne abſorptis, quondam Annum Creationis Mundi inveſtigaverim; quæ Annum currentem ante Chriſtum 3963, d. 24 Octob. horâ 6 veſpertinâ, ad Meridianum Edenſem, ut probè memini, exhibebant: ita ut Sol, ſecundùm Longitudinem in 0° 0′ 0″ Libræ, & Ejus Apogæum in 0° 0′ 0″ Arietis verſaretur.

Ubi tum fuerit Sol ejusq; Apogæum?

Auctor admiratur, quòd omnia ad mentem Præcipuorum Auctorum evenerint.

De quo ſanè valdè mirabar, quòd omnia illa Requiſita adeò exquiſitè prodirent, quæ plurimi atque aliorum ferè Clariores Chronologi & Auctores, de Anno Creationis Mundi expoſcerent: nempe Mundum creatum eſſe tempore Æquinoctii Autumnalis, Sole exiſtente in principio Libræ & Apogæum circa initium Arietis. Maximè eo attento, quòd tum temporis, cùm Tabulas illas meas Solares priores conderem, nunquam ſanè de iſto negotio fuerim ſollicitus, multò minùs (credas mihi) quòd calculum, vel ullâ aliquâ ratione, ad iſta exhibenda, ex compoſito contorſerim; ſed omnia ſponte ſuâ ita evenerunt. Teſtem habeo adhuc in vivis Clariſſimum atque Doctiſſimum Virum in hoc genere Exercitatiſſimum, qui eo tempore, à me requiſitus, ipſemet ex meis Tabulis Solaribus omnia ſupputavit.

Et quidem omnia ſpontè & neutiquam coactè; ut Vir quidam Cl. & Doctiſſ. teſtabitur.

Auctor dicta omnia ex novis ſuis Tabulis pariter inveſtigat.

Nunc ex ſolâ curioſitate, (non quòd ea ſcire meâ magni interſit, quippe qui nulla Chronologica in hocce Opere tracto) inquiramus, qualis Annus Mundi, ex hiſce recentioribus meis Tabulis fuerit, quo Anno & die ante natum Chriſtum inciderit, quo in Signo Sol, ejusque Apogæum extiterit; an tempore Autumnali, an Vernali, an verò Æſtivo, tum quâ horâ Diei DEUS Mundum creare inceperit? ac ejus generis alia. Præprimis verò eâ de causâ, ut tam ipſe, quàm alii cognoſcerent, in quantum hæ meæ novæ Tabulæ Solares à prioribus ex Igne deperditis diſcederent, vel cum iis convenirent.

Quem in finem?

Atque hæc minimè ſunt inveſtiganda, ad iſtum Meridianum Gedanenſem, ad quem Tabulæ noſtræ conditæ ſunt; ſed ad Meridianum Edenſem

ſem, ubi Paradiſus extitit. Hinc neceſſariò requiritur, ut Differentiam Meridianorum inter Eden & Gedanum habeamus in promptu; quæ verò apud Auctores valde lubrica eſt, & in plurimis integris Minutis diſcrepat: prout mox pleniùs dicetur. Atverò quânam differentiâ Meridianorum, in priore ſupputatione ex illis conflagratis Tabulis uſus tum fuerim, profectò planè ignoro, nec mihi in memoriam revocare nunc queo: cùm illa omnia (ut ſæpiùs dictum) ante benè multos Annos contigerint. Idcircò oportet ut illam Differentiam Meridianorum ad huncce calculum eligamus ac quæramus, quam ex noſtrâ Sententiâ veriorem, & ſecuriorem eſſe ſtatuimus; In antecesſum autem diverſorum Auctorum Differentias Meridianorum, inter Meridianum Edenſem & Gedanenſem hîc apponam, ut Diverſitas eò clariùs unicuique pateat.

Non ad Meridianum Gedanenſem, ſed Edenſem omnia ſunt computanda.

Differentia Meridianorum inter Gedanum & Eden neceſſariò oportet eſſe cognita.

Quamnam Differentiam Merid. in priori calculo adhibuerit, planè oblitus eſt Auctor.

Auctorum diverſa opinio de Differentiâ Meridianorum.

	Hor.	Min.	Sec.
Juxta Leverum	2	31	10
Kepplerum	2	7	10
Landſpergium	1	51	10
Eiſtadium	1	54	10
Stadium	1	51	10
Origanum	2	0	10
Meletium	2	3	10

Quòd autem Auctores adeò longè ab invicem diſcedant, ex eo evenit; alios atque alios diverſisſimis Differentiis locorum, utpote inter Eden & Alexandriam, inter Alexandriam & Venetias, inter Romam, Pariſios & Uraniburgum uſos eſſe, ad eliciendum Differentiam Meridianorum inter Eden nempe & Dantiſcum: quâ viâ ſi velimus ex tot ac tot diverſisſimis Differentiis, neutiquam adhuc per Obſervationes benè ſtabilitas, ac pluries, ab Exercitatis Obſervatoribus repetitas, indagare differentiam Meridianorum, utpote hîc inter Eden & Dantiſcum, facillimè labimur: quandoquidem ad aliquot minuta 20 imò 30, modò in hoc, modò in illo loco aberratum eſt. Id quod haud admirandum, quòd Differentiæ Meridianorum adeò adhuc ſint incertæ. Nam, profectò, paucisſima Loca in totâ Europâ, nedum in Aſiâ & Africâ, nondum adeò firmiter explorata habemus, ut eâ de re omninò ſecuri eſſe poſſimus. Etenim perpauci admodùm in toto Terrarum orbe adſunt, etiam, inter Veteres Aſtronomos adfuerunt, quibus curæ cordique hocce negotium fuit rectè ſtabilire; imò longè pauciores omni tempore extiterunt, quàm Eorum, qui de certâ Elevatione Poli cujusvis Loci fuerunt ſolliciti: quæ tamen quâvis ſerenâ die & nocte, variâ viâ, quoties lubet, obſervari poteſt, & nihilominùs in paucisſimis locis, dicta Elevatio Poli debitè adhuc cognita eſt, de quo maximè mirari oportet. Rem autem ita & non aliter ſeſe habere ſatis ſuperque manifeſtum eſt, etiam ex ſolâ Diſſertatione Clarisſimi Petri Petiti, de Latitudine Pariſienſi pag. 26 & 27, quòd Auctores omnes, tam Veterum, quàm Recentiorum, in quibusdam integris Minutis primis inter ſe adhuc diſcrepent, alii ad 43 Minuta, nonnulli ad 1° 43′. Proinde, ſi in ejusmodi multò leviori negotio, atque in tali Loco, ac Urbe toto Orbe celeberrimâ, necdum Elevatio Poli, ſive La-

Unde id evenerit quòd Auctores adeò inter ſe invicem ſint diſcordes.

Differentia Meridianorum adhuc valde eſt incerta in toto Terrarum Orbe.

Perpauci ſolliciti fuerunt de Differentiis Meridianorum rectè & ubiq; inveſtigandis.

Etiam de Elevatione Poli cujusvis Loci inquirendâ.

Elevatio Poli Pariſienſis, nondum quantum conſtat, accuratè eſt cognita.

Difficilius est observare Longitud. quàm Latitud. Locorum.

titudo, omnibus numeris sit stabilita, ac detecta, quid (quæso!) nobis promittere possumus de isto negotio longè difficiliori & adhuc subtiliori Longitudinis, Differentiam scilicet Meridianorum concernente.

Auctori displicet Veterum Methodus observandi Differentiam Meridianorum inter Eden & Dantiscum.

Cùm itaq; Different. Meridian. inter Eden & Dantiscum (per tot ac tot Locorum Meridian. Differentias modò orientaliores, modò occidentaliores) investigare mihi admodùm lubricum visum fuerit, volui illud aliâ Methodo scrutatum ire, & quidem hâc ratione, quâ protinùs inter Eden & Gedanum absque multo Labore, omniqúe molestiâ, brevissimo calculo, desideratam Differentiam Meridianorum elicere potuerim. Nimirùm ita: ex certioribus & majoribus diversissimis Globis Terrestribus summâ diligentiâ inquisivi, sub quo Gradu Æquatoris utriusque Locus tam Dantiscum, quàm Eden situs sit; atque ita deprehendi Dantiscum sub 35°, & Eden sub 79° circ. versari. Verùm priusquam ulteriùs in hocce negotio pergamus, scire Te (mi Lector) oportet, quâ in Regione, & quo loco Eden reponamus; nempe eâ in Provinciâ cum Clarioribus, & Præcipuis Auctoribus, tam Chronologis, quàm Theologis, ubi Fluvius Euphrates atque Tigris fuerunt conspicui, haud procul à Babylone, sive Bajadet, quæ loca 79° circ. subjacent: sic ut Differentia existat in Æquatore 44. circ. grad. Quæ Differentia in horas, horarumque scrupula resoluta, prodit Differentiam Meridianorum; nimirùm hâc ratione: cùm 15° in Æquatore integram horam exhibeant, necessariò sequitur 44 grad. exhibere 2 Hor. 56 Min. Quæ nunc quæsita est nostra Differentia Meridianorum inter Dantiscum & Eden; & quam tanquam certiorem, meo quali quali Judicio nunc retinebo: ad inquirendum ex meis nunc recentioribus Tabulis Solaribus, quemnam Annum Mundi exhibeant, quo Anno, & Die ante natum Christum ille inciderit, quo in Signo Longitudo Solis, Ejusque Apogæum extiterit. Quæ nunc ex apposito calculo clarè patent: datâ scilicet Differentiâ Meridianorum 2 Grad. 56 Minut., ad Annum currentem ante Christum 3963, 24 Oct. horâ 6 vesp. Eden; à quâ horâ Judæi inceperunt numerare Dies.

Auctor longè breviori viâ rem aggreditur.

Et quâ ratione.

Eden reponitur circa Babylonem.

Quanta sit revera Differentia Meridianorum inter Eden & Dantiscum.

Datâ Differentiâ Merid. quæritur ex Recentioribus Tabulis Solaribus Annus Mundi.

Exemplum Calculi.

		Longitudin. Sig.	Gr.	Min.	Sec.	Apog. Sig.	Gr.	Min.	Sec.	
Epocha	4000	8	8	5	9	11	29	20	32	
Anni	37	0	0	2	11		0	38	45	
Dies 23 *Oct.*		9	21	45	6			0	50	
Hora 3				7	24	0	0	0	7	*Apog.*
Minut. 4					10					
Longitudo ☉		0	0	0	0					

Auctoris Tabulæ Recentiores Solares cum prioribus deperditis satis accuratè conveniunt.

Ex quibus nunc manifestum est hasce nostras Recentiores Tabulas Solares, à prioribus Nostris ex Igne deperditis vix quicquam discrepare, quàm in Apogæo, ad 7 solummodò Secunda, quæ vix in ullam considerationem apud Eruditos veniunt; imò si priorem Tabellulam olim omnium primò à Nobis excogitatam, pro secundâ Æquatione Solis adhuc in promptu haberem, negotium adhuc multò accuratiùs succederet: etiamsi dicta Æquatio à 2 tantùm minut. ad 5 vel 6 minuta summùm tum excurreret. Sed cùm planè perierint, atque minimè consultum esse ducam

Auctor pro secundâ Æquatione Solis peculiarem Tabellulam habuit, quæ verò etiam omninò periit.

ducam diutiùs his Rebus immorari, contenti ſimus hiſce; DEOque O. M. Gratias agamus æternas, quòd adhuc eousque Nobis progredi licuerit.

CAPUT V.

De Motu Fixarum, & Anno Sidereo.

Onſtructis itaque rursùs planè ab integro, pro tenui meo modulo, novis noſtris Tabulis Solaribus, atq; in præcedenti Capite exhibitis, cum omnibus Fundamentis, quibus innituntur, nec non Tabulis diverſisſimis, utpote Parallaxium, Refractionum Solis & Stellarum, item Tabulâ Declinationum Solis ad Obliquitatem Eclipticæ benè ſtabilitâ, ut & Tabulâ Aſcenſionum Rectarum, Obliquarum nec non Differentiarum Aſcenſionalium ad Horizontem Gedanenſem; incumbit nobis nunc porrò, ut reſidua illa ſummè neceſſaria, quæ ad abſolutum novum Catalogum conficiendum ſpectare videntur, in medium producamus. Oportet igitur, ut nunc quoque motum Fixarum, tam ex Veterum, quàm noſtris Obſervationibus debitè eruamus, ſine quo nec ullus Catalogus conſtrui, nec unquam nobis uſui eſſe poteſt.

Absq; Motu Fixarum nullus conſtruitur Fixarum Catalogus.

Motum autem hunc Fixarum ex certioribus Fixarum obſervationibus, tam Veterum, quàm meis, more conſueto, ivi quæſitum; præſertim ex loco Reguli, Spicæ, & Cordis Scorpii, ab Hipparcho, Ptolomæo, à Perſis, Copernico, Paulo Heinzelio & Tychone obſervato: & primò quidem ex loco Reguli ab Hipparcho Anno ante Chriſtum 127, tum à me, Anno Chriſti 1660 (uti patet ex noſtro Catalogo) annotato. Quem locum Hipparchi, nimirùm Reguli, Ricciolus cum aliis Clariſsimis Auctoribus ſtatuit fuiſſe in 29° 50′ 0″ ♌; prout legere eſt in Almag. Tom. I. Part. I pag. 444, & 446: verùm ego Anno 1660, ex plurimis debitâ diligentiâ obtentis Obſervationibus deprehendi, Regulum non ampliùs in Cancro, ſed in 25° 6′ 0″ Leonis hærere. Sic ut à Tempore Hipparchi, ad hæc usque noſtra, ſpatio Annorum 1787 Stella illa ſecundùm Seriem Signorum 25° 16′ motu proprio fuerit progreſſa. Qui motus ſi in minuta prima, ſecunda, & tertia reſolvatur, atque per dictos Annos inter utramque Obſervationem elapſos dividatur, provenit illicò ipſe genuinus Motus Fixarum Annuus: cùm omnes & ſingulæ ſecundùm Eclipticæ ductum æqualiter, & conſtanter promoveantur. De quâ materiâ autem, hoc loco fusè agere nolo: plurimi enim Auctores, nec non Ricciolus in ſuo Almageſto, & Aſtronomiâ Reformatâ abundè ſatis eam pertractârunt. Quare ut ad rem ipſam deveniamus, diverſisſima illa exempla diverſarum Stellarum, majoris certitudinis gratiâ, quibus motum Fixarum Annuum ſtabilivimus, ſub oculos ponamus: quippe in unico ſtatim exemplo acquieſcere

Ex quibus obſervationibus motus Fixarum quæſitus fuerit.

In quantum Fixæ progreſſæ fuerint à tempore Hipparchi hucusq;.

Plurimis exemplis motus Fixarum demonſtratur.

quiescere valde lubricum est, in tali subtilissimo negotio, in quo paucissima tertia maximam diversitatem ingerunt.

1. Ex Regulo.

Motus Fixarum deducitur ex Regulo.

Gr.			Gr.	Min.	Sec.	
25	*An. ante Christ.*	127	29	50	0	♋ *Hipparchi.*
6 0′	*Anno Christi*	1660	25	6	0	♌ *Hevelii.*
1 5 0 0′	*Differentia*	1787	25	16	0	
1 6′						
1 5 1 6′						
6 0″						
9 0 9 6 0″						
6 0‴						
5 4 5 7 6 0 0‴						

5 4 5 7 6 0 0 (3 0 5 4‴ (50″ 54‴
1 7 8 7 6 0

Quare id ipsum exemplum fuerit repetitum.

Penitùs autem in eâ sum opinione cum Cl. Ricciolo, locum Hipparchi aliquantò majorem tum fuisse, nimirùm 29° 51′ 10″ ♋ : quare denuò res tentanda.

2. Idem exemplum ex Regulo.

Gr.			Gr.	Min.	Sec.	
25	*Anno ante Christ.*	127	29	51	10	♋ *Hipparchi.*
6 0′	*Anno Christi*	1660	25	6	0	♌ *Hevelii.*
1 5 0 0	*Differentia*	1787	25	14	50	
1 4′						
1 5 1 4						
6 0						
9 0 8 4 0						
5 0″						
9 0 8 9 0						
6 0‴						
5 4 5 3 4 0 0						

5 4 5 3 4 0 0‴ (3 0 5 2‴ (50″ 52‴
1 7 8 7 6 0

Sic ut hâc ratione motus Fixarum annuus ad 2 tertia minor evadat; quem priore correctiorem esse duco. Videbitur quidem fortè cuipiam admodùm leviuscula differentia; sed unum aut alterum tertium, motûs unius anni, priusquam Fixæ totum Eclipticæ cursum, nimirùm 360, grad. percurrunt, ad plurimos centenos Annos periodum istam majorem vel minorem reddunt. Quam ob rem etiam minima benè notanda habes.

Nec tertia nec minuta quarta in hocce negotio negligenda sunt.

3. Quæramus eundem motum, ex loco Reguli à Ptolomæo & me observato.

Quæritur Fixarum Motus ex Ptolomæi & Hevelii Observationibus.

		Gr.	Min.	S.		Gr.
Anno Christi	137	3	34	55	♌ *Ptolomæi*	2 1
Anno Christi	1660	25	6	0	♌ *Hevelii*	6 0′
Differentia	1523	21	31	5		1 2 6 0
						3 1′
						1 2 9 1
						6 0″
						7 7 4 6 0
						5″
						7 7 4 6 5
						6 0‴
						4 6 4 7 9 0 0‴

4 6 4 7 9 0 0‴ (3 0 5 1‴ (1 2 2 7 (50″ 51‴ 49⁗
1 5 2 3 6 0 1 5 2 3

Vellem

4. Vellem ut pariter liceret ex loco Albategnii hunc motum elicere; ſed ejus locus cùm mihi ex parte ſuſpectus ſit, convertamus nos ad Reguli locum à Mathematicis Perſis determinatum, ad Annum Chriſti ſcilicet 1115, & noſtrum ad Annum 1660; & utut perbreve annorum interſtitium intercedat, inter utramque Obſervationem, nec non locum Tychonis anno 1585; in priore exemplo 545, in poſteriore verò tantùm 75; nihilominùs ſatis accuratè, ſpretis quibusdam tertiis, motum Fixarum annuum producunt. De quo ſanè miror, quòd in tantillo temporis ſpatio motus iſte adeò propè ad metam collimaverit: intereà tamen ſuperiora exempla his præfero, quòd inter utramque Obſervationem majus Annorum intervallum interceſſerit.

Quò longius interſtitium inter utramq; obſervationem intercedit, eò ſecuriùs incedimus.

Porrò ut res eò certior evadat, eamus nunc quoque quæſitum dictum motum ex loco Spicæ Hipparchico certiori, ut habet Ricciolus Aſtronom. Reform. pag. 256.

Motus Fixarum ex loco Spicæ.

		Gr.	Min.	Sec.	
Anno ante Chriſtum	128	23	54	7	♍ *Hipparchi*
Anno Chriſti	1660	19	5	0	♎ *Hevelii*
Different.	1788	25	10	53	

peracto calculo provenit motus annuus 50″ 42‴, tantummodò 10‴ minor. Ex ſuperiori verò obſervatione Spicæ ab Hipparcho determinatâ Anno ante Chriſtum 128, & illâ à Copernico Anno Chriſti 1525 detectâ, prodit motus, uti videre eſt 50″ 51‴, differt tantummodò ad unicum ſcrupulum tertium.

Cæterùm hunc eundem motum nonnulli Præclariſimorum Aſtronomorum etiam ex loco Palilicii & Pollucis inveſtigârunt; ſed ſupervacaneum eſſe exiſtimo; cùm Veterum Obſervationes iſtæ admodùm vacillent. Reſtat igitur nihil amplius quicquam in hocce negotio, quàm ut dictum motum ex loco Cordis Scorpii tam Hipparchico, quàm meo adhuc eruamus.

Motus Fixarum ex loco Cordis Scorpii.

		Gr.	M.	S.	
Anno ante Chriſtum	128	9	48	12	♏ *Hipparchi*
Anno Chriſti	1660	4	58	48	♐ *Hevelii*
Different.	1788	25	10	36	

peracto calculo provenit 50″ 42‴ ad 10‴ videlicet tantùm minor.

Quoniam igitur, etiam ex aliorum Illuſtrium Virorum Calculo, ſicuti Ricciolus in Aſtron. Reform. pag. 258 ipſe quoque ſupputavit, motus nempe Fixarum annuus ex Obſervationibus Reguli prodit & ex

Ex aliorum Auctorum Obſervationibus Fixarum Motus juxta Ricciolum.

	Sec.	Tert.	
Hipparchi & Ptolomæi	50	49	
Hipparchi & Albategnii	50	54	
Hipparchi & Tychonis	50	54	
Hipparchi & Riccioli	50	52	*item etiam ex ſpicæ loco* ♍.
Hipparchi & Copernici	50	52	
Hipparchi & Gaſſendi	50	52	

, utique ſummo jure motum noſtrum ſupra ex duobus Exemplis inventum 50″ 52‴ retinere poſſumus; cùm & alii Celeberrimi Viri etiam in ipſis tertiis nobiscum conveniant. Miror autem multum, quòd ipſe Ricciolus, licet eundem motum elicuerit, nihilominùs eum minorem ſtatuerit, utpote in ſuo Almageſto Lib. IV Capite 16, tantùm 50′ 0″; in ſuâ Aſtronomiâ Reformatâ verò, re aliquantò

Quemnam Motum Auctor elegerit & retinuerit.

Quare Ricciol. non eundem motum quem ipſe invenerat, retinuerit.

quantò altiùs perpensâ 50″ 40‴ cùm tamen retinere debuiſſet 50″ 52‴ ſicuti ipſe anteà invenerat.

Cùm itaq; Fixarum motum annuum 50″ 52‴ reliquis meritò præfero; igitur etiam Tabulam noſtram motûs Fixarum ex eo unicè condere debui, prout ſuo loco patet: non minùs Annum meum Sidereum conſtruere: dum hunc motum 50″ 52‴ in Tempus reſolvi, ex Tabulâ noſtrâ motûs Solis horarii, nempe in

		Dies.	*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	*Tert.*	*Quart.*	*Quint.*	
Annus Sidereus Auctoris.		0	0	20	38	34	37	18	*qui ſi addatur ad Annum*
	Noſtrum Tropicum	365	5	48	49	47	23	0	*conſurgit Annus noſter*
	Genuinus Sidereus	365	6	9	28	22	0	18,	*quem in hoc Capite propoſueram inveſtigare.*

Septuaginta circiter annorum ſpatio Fixæ abſolvunt integrum gradum.

Deniq; etiam hoc loco non abſonum erit indicare, quoniam Fixæ ſingulis Annis ad 50″ 52‴ ſecundùm Seriem Signorum procedunt, quòd antequam integrum gradum abſolvant, 70 integri anni, 9 Menſes & 8 circiter dies effluant: hinc ad percurrendum 360 grad. integrum ſcilicet Circulum, vel 12 Zodiaci Signa, priusquam eò Stellæ rursùs deveniant, quò extiterunt: exempli gratiâ, ubi Lucida ♈ Anno 1660 in 2° 55′ 40″ ♉ hæſit, neceſſe eſt, ut intervallum intercedat Annorum 25478, antequam dicta Stella ad eundem rursùs ♉ gradum perveniat.

Et in quot annis integrum percurrant circulum.

CAPUT VI.

Quænam adhuc ſummè deſiderentur ad novum Fixarum Catalogum condendum.

Tiamſi omni induſtriâ univerſa illa, quæ in ſuperioribus Capitibus ſunt exhibita, fuerint acquiſita, nec non omnes Obſervationes Fixarum Stellarum omnium, nudo oculo viſibilium, Herculeo labore, triginta, quadraginta & ampliùs annorum, ut mihi (abſit gloriola) feliciter accidit, Deo, ex ſingulari Gratiâ, ſic annuente, Cui id unicè referendum habeo, obtentæ: prout ex Machinæ meæ Parte Poſteriori nemini clam eſt. Nihilominùs tamen neutiquam ſanè vera Stellarum loca, Longitudines ſcilicet, Latitudines, Aſcenſiones Rectas, & Declinationes cujuscunq; Fixæ, tam à Veteribus & Tychone jam olim obſervatæ, quàm à me primùm detectæ, potui indagare ac ſtabilire, priusquam Obſervationes Veneris interdiu à Sole, ſimul à quibusdam Stellis Fixis, tam ante meridiem, quàm poſt meridiem ex voto impetraſſem, atq; ex iis; quanquam non ſine magno labore, Aſcenſionem Rectam Veneris à Sole, nec non Fixarum à Venere deduxiſſem, easq; corroboraſſem.

Absq; Obſervationibus Veneris diurnis & nocturnis Stellarum loca neutiquam ſtabiliuntur.

Non niſi maximo labore ejus generis Obſervationes ex Cœlo impetrantur.

Quantus verò qualisq; fuerit labor, Sextante Noſtro Magno pag. 222, in Parte I. Machin. Cœleſt. deſcripto, Diſtantias videlicet Veneris diurnas, & ejus Altitudines Meridianas de die, Quadrante illo noſtro Azimuthali

muthali exquisitissimo, pag. 149 descripto, Sole splendente, nudoq; oculo accuratissimè observare, harum rerum Peritis dijudicandum relinquo; & quidem non unâ aut alterâ vice, sed anno 1660, & 1662 ultra 50 Distantias Veneris à Sole ex Cœlo deduxi, reliquas Distantias Veneris à Fixis, quarum ingens numerus, ut modò taceam: sicuti ex Parte nostrâ II. manifestissimè patet. Ad hæc Observationes modò dictæ non quovis anno, ac tempore expediri possunt, licet etiam quàm maximè velis, sed nonnunquam, ut mihi tum etiam accidit, aliquot Anni effluunt, priusquam ea omnia ex voto impetrantur. Nam primò, circa Solstitium Brumale, ob Solis refractionem, & circa Æstivum, ob nimiam Solis altitudinem id minimè fieri potest; sed necesse est, ut hocce negotium suscipiatur. Mense circiter Martio & Septembri, quando simul Venus in maximâ elongatione Solis versatur; id quod autem in plurimis annis vix semel conjunctim accidit, simul aëre, diu noctuq; constanter sereno, etsi plurima intervenientia, & impedimenta, quæ facilè sese offerunt, excipias: sicuti in Mach. Nost. parte II. pag. 26. fusiùs diximus. Adeò ut hicce conatus ardui maximique sit moliminis; dubito profectò an à Mundo condito, ab ullo aliquo vel Veterum vel Recentiorum, unicum Tychonem & Principem Hasiæ si excipias, hoc ipsum sit tentatum, nedum felicissimè peractum.

Quare non omni tempore tales observationes expediri possunt.

Nonnisi Tycho & Princeps Hasiæ correxit Fixas per observationes Veneris.

Veteres namque utpote Hipparchus, aliique ad vera loca Fixarum obtinenda, Lunæ observationes adhibuerunt, hancque Soli alligârunt, atque sic Ascensiones Rectas nonnullarum Fixarum deduxerunt. Verùm quàm lubrica hæc res sit ubi motus Lunæ in hunc usque diem nondum omnibus numeris detectus, motus quoque ejus nimium velox, Diameterque ejus adeò ampla, tum evidentibus Parallaxibus Luna sit implicita, fusè & abundè apud Tychonem pag. 153, nec non Ricciolum, aliosque Clarissimos Auctores invenies. Cùm itaque certo certius sit, nec unquam hujus Studii benè gnarus aliquis facilè negaverit, quòd Fixarum correctio, non nisi per Observationes Veneris diurnas & nocturnas, Altitudinesque ejus Meridianas rectè suscipi ac peragi debet: idcircò & ego, pro tenui meo modulo, summâ tamen industriâ, & correctioribus Organis, utpote Sextante nostro magno, & Quadrante illo Azimuthali egregio unicè Longitudines, Latitudines, Ascensiones Rectas, & Declinationes Fixarum ivi quæsitum; id quod profectò, longè certius est, quàm per Armillas, quibus & Tycho sæpiùs in hocce negotio usus est.

Veteres per Lunam id præstare conati sunt.

Id quod autem valdè lubricum est.

Auctor quibus Instrumentis Loca Fixarum quæsiverit.

De cœtero, hæcce non solùm ex uno aut altero exemplo sed ex quamplurimis 50, imò 100 sum rimatus; priusquam autem Declinationem & Ascensionem Rectam Veneris, Solis, & Fixarum obtinere quiverim, necesse omninò fuit, ut omnes illas Distantias per Parallaxes & Refractiones in antecessum corrigerem, atque illas ab his depurgarem. Quandoquidem nulla Distantia alicujus Stellæ, Planetæ, Veneris vel Solis, ut sit accuratissimè, aptissimis Instrumentis à quocunq; etiam benè exercitato Observatore ex Cœlo impetrata, nihilominùs omni tempore omnimodè non est correcta, sed ex parte erronea, si nimirùm in decliviori situ,

Quoties id tentaverit.

Omnes distantiæ Stellarum, Planetar., Veneris & Solis in decliviori situ observatæ omninò sunt corrigendæ.

ſitu, in refractione ſit obtenta. Exinde Diſtantiæ Siderum obſervatæ, cùm plerumque Refractio Parallaxi major ſit, ſemper aliquantò majores vel minores videntur, quàm reverà ſunt. Et hoc ipſum ſi in hocce negotio non ſemper accuratè attendatur, nunquam, crede, verum & omnibus numeris abſolutum locum alicujus Stellæ elicies; ſed non rarò in integris minutis primis aberrabis. Verùm ſatis admirari nequeo, quòd hoc ipſum neque Landgravius nec ipſe Tycho, in hocce negotio Obſervationum Veneris, tum etiam in omnibus reliquis Fixis propè Horizontem conſtitutis, quæ omni tempore Refractionibus ſunt immerſæ, & nunquam in noſtro Horizonte extra Refractionem videntur, atque ita neceſſariò in Refractione obſervari debent, attenderint, ut meritò debuiſſent: quippe, quòd ab ipſis factum ſit unquam, nullibi apud ipſos legi nec intellexi, Eos unquam Diſtantias quasdam ullâ quâdam ratione correxiſſe. Quapropter Stellæ ejus generis, licet accuratisſimè ſint majoribus Inſtrumentis obſervatæ, nullâ tamen ratione, ſecundùm Longitudinem, Latitudinem, Aſcenſionem Rectam, & Declinationem in ullo aliquo Catalogo rectè & præcisè ſunt notatæ, ſed ſæpiùs in aliquot non tantùm ſecundis, verùm etiam in pluſculis minutis primis à vero eam ob cauſam diſcedunt. Atverò Obſervationes à Refractione & Parallaxi liberare, haud eſt leviuſculus labor, ſed plurimum expoſcit temporis, tot centena nimirùm exempla expedire.

Aliàs plurimùm aberratur.

Cur Tycho & Landgravius Diſtantias in decliviori ſitu obſervatas non correxerint.

Cur Stellæ omnes, quæ ſub 20 gradu altitudinis ſemper conſpiciuntur, in nullius Auctoris Catalogo rectè fuerint exhibitæ.

Obſervationes à Parallaxibus & Refractionibus depurgare eſt labor admodùm moleſtus.

Ut autem videas, mi Aſtrophile, quâ viâ rem tentaverim, atque calculum inſtituerim; unum tantùm atque alterum exemplum calculi, temporis redimendi gratiâ unà cum Schematibus eò pertinentibus Tibi hìc ſub oculos ponam. Primò quidem, quâ ratione Diſtantiæ Veneris à Sole neceſſariò corrigi, atque à Refractione depurgari debent, nec non univerſarum Fixarum Diſtantiæ, earum ſcilicet Fixarum perpetuò in noſtro Horizonte ſub vigeſimo gradu Altitudinis incedentium. Deinde etiam unum aut alterum exemplum exhibebo, quâ viâ Declinationes, Differentias Aſcenſionales, & veras Aſcenſiones Rectas Solis, Veneris & Fixarum ex correctis Diſtantiis inveſtigaverim, ubi Parallaxis Solis & Veneris, nec non Refractio minimè fuerunt neglectæ. In priori quidem meo Prodromo, quem mihi ferale illud incendium prorsùs eripuit, univerſa illa exempla, quæ ad correctionem Fixarum ſpectabant, conjunctim exhibueram; atverò in hocce nunc novo meo Prodromo, ea omnia rursùs producere, nimis longum foret, tum multum conſumerem temporis: ſufficiat igitur nonnulla tantùm exempla hìc appoſuiſſe.

Ratio corrigendi Diſtantias Veneris à Sole Fixarumq; omnium.

Nec non methodus inveniendi Declinationes, Differentias Aſc. ut & Aſc. R. Solis & Fixarum.

In altero Schemate B, ſubſequentis Fig. A* eſt a e, Altitudo Stellæ in Refractione obſervata; a d ejusdem complementum; a locus Stellæ refractus; c locus Stellæ verus; a c Refractio; b f Altitudo alterius Stellæ extra refractionem; b d ejus complementum; a b Diſtantia Stellæ obſervatæ, & refractioni obnoxia; c b Diſtantia Stellæ vera quærenda.

PRÆ-

PRÆCEPTUM
pro
Diſtantiis Stellarum corrigendis.

Primò, In Triangulo obliquangulo d b a, quæratur angulus d a b, ex datis tribus lateribus d a, a b, & b d, hâc nimirùm ratione: complementi altitudinis minoris d a, & Diſtantiæ obſervatæ a b logarithmos collige in unam ſummam, quam ſerva. *Quomodò calculus inſtituendus, pro corrigendis Stellarum Diſtantiis.*

Dein, Eorundem laterum d a, & a b differentiam adde & ſubtrahe complemento altitudinis majoris d b; & tam ſemiſummæ, quàm Semidifferentiæ Logarithmos accumula. Poſtmodùm, ex hâc ſummâ ſubduc Logarithmorum Summam ſupra adſervatam, & ſemireſidui quære arcum reſpondentem, qui erit ſemiangulus d a b quæſitus.

Jam hujus anguli d a b, & Diſtantiæ a b Logarithmorum ſumma eſt Logarithmus perpendiculi b l. Perpendiculi autem b l Antilogarithmus ſubtractus ab Antilogarithmo Diſtantiæ obſervatæ a b, relinquit Antilogarithmum lateris l a quæſiti; cui adde Refractionem a c, & habebis latus l c.

Tandem, in Triangulo c l b ad l rectangulo, ſumma Antilogarithmorum utriusq; lateris l c & l b erit Antilogarithmus Hypothenuſæ c b: diſtantiæ nimirùm correctæ, quæ quærebatur.

Sint in exemplum
Diſtantiæ obſervatæ in Caudâ Canis Majoris, & Cor Hydræ.

Exemplum primum.

	Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.		
Altit. Cordis Hydræ	27	30	0	b f	*Compl.*	62	30	0	b d	
Altit. in Caud. Can. Major.	4	0	0	a e	*Compl.*	86	0	0	a d	
Diſtantia * *	35	30	40	a b						
Refractio		11	0	a c						

	Gr.	M.	S.											
a d	86	0	0	*Log.*	244		d a b	*Log.*	33516		Gr.	M.	S.	
a b	35	30	40	*Log.*	54324	*Add.*		*Log.*	54324					*Antil.* 20577
Diff.	50	29	20	*Log.*	54568		b l	*Log.*	75340		24	23	49	*Antil.* 9472 *ſub.*
b d	62	30	0								a l	26	30	25 *Antil.* 11105
Summa	112	59	20								a c	0	11	0
Semiſſ.	56	29	40	*Log.*	18173						l c	26	41	25 *Antil.* 11266
Differ.	12	0	40							*Perp.*	l b	24	32	49 *Antil.* 9472 *Add.*
Semiſſ.	6	0	20	*Log.*	225738	*Add.*					c b	35	38	20 *Antil.* 20738
					243911						*Diſtantia correcta.*			
					54568	*ſubtr.*								
					189343	*Reſiduum*								
	Gr.	M.	S.		94671½	*Semiſſis*								
	22	49	50											
d a b	45	39	40											

In Caudâ Canis Majoris, & Humerus dexter Orionis.

Exemplum Secundum.

	Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.	
Altitudo Humer. dext. Orion.	33	0	0	b f	*Compl.*	57	0	0	b d
Altitud. In Caudâ Can. Maj.	5	0	0	a e	*Compl.*	85	0	0	a d
Diſtantia * *	42	21	40	a b					
Refractio	0	10	0						

	Gr.	M.	S.			
a d	85	0	0	*Log.*	381	
a b	42	21	40	*Log.*	39483	*Ad.*
Diff.	42	38	20		39864	
b d	57	0	0			
Summa	99	38	20			
Semiss.	49	49	10	*Log.*	26917	
Differ.	14	21	40			
Semiss.	7	10	50	*Log.*	207944	*Add.*
					234861	
					39864	*sub.*
					194997	*Residuum*
					97498½	*Semissis*
	Gr.	M.	S.			
	22	9	36			
d a b	44	19	13⅓			

	Gr.	M.	S.			
d a b	44	19	13⅓	*Log.* 35857		
				Log. 39483	*Antil.*	30256
b l	28	5	2	*Log.* 75340	*Antil.*	12527 *subt.*
a l	33	7	10		*Antil.*	17729
a c	0	10	0			
l c	33	17	10		*Antil.*	17920
l b	28	5	2		*Antil.*	12527 *Add.*
c b	42	28	52		*Antil.*	30447
Distantia correcta						

In Schemate C, ejusdem Figuræ, est b f altitudo Veneris observata, cujus complementum b a, b e Parallaxis Veneris; c h altitudo Solis, Parallaxi pariter & Refractioni obnoxia observata, cujus complementum c a; c d Parallaxis Solis refractione mixta; c b Distantia Veneris & Solis observata; e d Distantia vera quærenda.

PRÆCEPTUM CALCULI
pro
Distantiâ Veneris à Sole corrigenda.

Quâ ratione calculus instituendus pro Veneris à Sole distantiis corrigendis.

Primò, In Triangulo obliquangulo b a c quæratur angulus b a c, ex datis tribus lateribus a b, a c, & b c, hâc ratione: Laterum a b & a c (quæ sunt Altitudinum observatarum complementa) Logarithmos conjice in unam summam, quam serva.

Dein, eorundem laterum a b & a c Differentiam adde & subtrahe Distantiæ b c observatæ, & tam semisummæ, quàm semidifferentiæ Logarithmos adde.

Postmodùm, ex hâc summâ deme Logarithmorum summam supra adservatam, & semiresidui quære arcum respondentem, qui erit semiangulus b a c quæsitus.

Jam aufer ex a b Parallaxin b e, ut innotescat latus a e. Hujus lateris a e, & anguli b a c jam inventi Logarithmorum summa erit Logarithmus perpendiculi e g.

Porrò, Antilogarithmus Perpendiculi e g subtractus ab Antilogarithmo lateris a c, relinquit Antilogarithmum Lateris a g. Quod si demas ex Altitudinis minoris complemento a d (correcto scilicet priùs per Parallaxin & Refractionem c d) habebis latus g d.

Tandem, in Triangulo e d g, ad g rectangulo, summa Antilogarithmorum utriusq; lateris e g & g d, erit Antilogarithmus Hypothenusæ e d; Distantiæ videlicet correctæ, quæ quærebatur.

Sit

Sit in Exemplum.

Pro corrigendâ Dist. Veneris & Solis Anno 1660, die 13. Novembr. hor. 8 20′ matut.

	Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.		
Altit. ♀	33	0	0	b f	*Compl.*	57	0	0	a b	*Corr.*	56	59	26	a e	*Exemplo res dilucidatur.*
Altit. ☉	3	38	0	c h	*Compl.*	86	22	0	a c	*Corr.*	86	35	1	a d	
Dist. ♀ à ☉	46	11	40	b c											
Parall. ♀	0	0	34	b e											

	Gr.	M.	S.
Parall. ☉	0	0	40
Refract. ☉	0	13	41
Differ. c d	0	13	1

	Gr.	M.	S.			
a c	86	22	0	*Log.*	201	
a b	57	0	0	*Log.*	17594	*Add.*
Diff.	29	22	0		17795	
b c	46	11	40			
Summa	75	33	40			
Semissis	37	46	50	*Log.*	48999	
Differ.	16	49	40			
Semissis	8	22	50	*Log.*	192194	*Add.*
					241193	
					17795	*Sub.*
					223398	*Residuum*
	19	6	11		111699	*Semissis*
b a c	38	12	22			

		Gr.	M.	S.			
b a c	*Log.*	48048	38	12	22		
a e	*Log.*	17605				*Antil.*	60736
e g	*Log.*	65653	31	14	30	*Antil.*	15667 *Sub.*
a g			50	25	3	*Antil.*	45069
a d			86	35	1		
g d			36	9	58	*Antil.*	20407
Perpend. e g			31	14	30	*Antil.*	15667 *Ad.*
e d			46	21	8	*Antil.*	37074
Dist. ♀ à ☉ *correcta*							

Nunc, mi Astrophile, etiam nostram Methodum calculi cum quibusdam Schematibus, pro Declinatione & Ascensione Rectâ Veneris tam matutinæ, quàm vespertinæ inveniendis, Tibi sistam: quò magis magisq; perspicias, me rem seriò tractasse, atque ea omnia peregisse, quæ ingenii mei tenuitas concessit. *Quomodo Declinatio & Ascensio R. Veneris inveniri debeat, Schematibus illustratur.*

Methodus pro Declinatione & Ascensione R. Veneris matutinæ inveniendis.

Primò: in Schemate D, est h o Horizon; e g f Æquator, cujus Polus d; a Regulus, cujus Declinatio Bor. a e, ejusque complementum a d; c Arcturus, cujus Declinatio itidem Bor. e f, ejus complementum c d; b ♀, ejusque Distantia à Regulo observata & correcta b a; b c Distantia ♀ ab Arcturo observata & correcta; a c Distantia Reguli ab Arcturo. Quæratur b g Declinatio & angulus g d e, Different. Ascens. inter ♀ & Regulum.

Deinde in Schemate E, est h o Horizon, f e g Æquator, cujus Polus d; a Regulus, cujus Declinatio Bor. a e, ejusq; complementum a d; c Cor Hydræ, cujus Declin. Austr. e f, cum quadrante f d, est latus c d; b ♀, ejusq; Distantia à Corde Hydræ observata & correcta b c; b a Dist. ♀ à Regulo observata & correcta; a c Distantia Reguli à Corde Hydræ. Quæratur angulus f d g Different. Ascens. inter Venerem & Cor Hydræ. *Methodus Calculi.*

Primò, in Triangulo obliquangulo a c d ex datis tribus lateribus a c, d a, & d c, quæratur semper angulus ad Stellam reliquas præcedentem, nempe in schemate D. ad a, & in schemate E ad c. Porrò

in Triangulo obliquangulo a b c, ex datis iterum tribus lateribus a b, b c, & c a, quæratur etiam angulus ad dictam Stellam præcedentem in ſchemate D ad a, & in ſchemate E ad c; hac methodo: Duorum laterum angulum quæſitum comprehendentium Logarithmos adde & ſerva. Deinde eorundem laterum differentia addatur & ſubtrahatur lateri tertio, quæſito angulo oppoſito, & tam ſemiſummæ, quàm ſemidifferentiæ Logarithmos collige in unam ſummam. A quà ſubduc aggregatum Logarithmorum ſupra adſervatum, & ſemireſidui arcus reſpondens erit ſemiangulus quæſitus.

Poſteà inventos angulos d a c, & c a b (vel in ſchemate E, d c a & a c b) adde, ut fiat angulus d a b (vel d c b) notus, cujus, vel ejus complem. ad 180, & Diſtantiæ à ♀ a b (vel c b) Logarithmorum ſumma erit Logarithmus perpendiculi b h. Et hujus perpendiculi b h Antilogarithmus ſubtractus ab Antilogarithmo Diſtantiæ à ♀ a b (vel c b) relinquit Antilogarithmum a h (vel c h) lateris recto in Rectangulo a b h adjacentis. Quod additum Complemento Declinationis Stellæ a, vel ſubtractum ex aggregato Declinationis c f, & quadrantis f d, relinquit latus h d.

Tum in Triangulo h d b, ad h Rectangulo, datis præter Rectum d h b, Differentia nimirùm Aſcenſionalis quæſita; hâc ratione: Summa Antilogarithmorum d h & h b, eſt Antilogarithmus lateris d b. Et Logarithmus d b ſubtractus à Logarithmo b h relinquit Logarithmum h d b, id eſt Differentiam Aſcenſ. quæſitam.

Quæratur Declin. ♀ ad An. 1660, die 10 Novemb. hor. 6 23′

Exemplum pro Declinatione Veneris.

	Gr.	M.	S.				Gr.	M.	S.	
Declin. Reguli B.	13	38	32	a e	*Compl.*	76	21	28	a d	
Declin. Arcturi B.	20	59	22	c f	*Compl.*	69	0	38	c d	
Diſt. ♀ à Regulo corr.	37	29	30	a b						
Diſt. ♀ ab Arct. corr.	34	13	27	b c						
Diſt. Reguli & Arct.	59	46	36	a c						

	Gr.	M.	S.				Gr.	M.	S.		
a b	37	29	30	*Log.*	49653	a d	76	21	28	*Log.*	2862
a c	59	46	36	*Log.*	14609 *Add.*	a c	59	46	36	*Log.*	14609 *Ad.*
Differ.	22	17	6		64262	*Differ.*	16	34	52	*Log.*	17471
b c	34	13	27			d c	69	0	38		
Summa	56	30	33			*Summa*	85	35	30		
Semisſis	28	15	16½	*Log.*	74783	*Semisſis*	42	47	45	*Log.*	38658
Differ.	11	56	21			*Differ.*	52	25	46		
Semisſis	5	58	10½	*Log.*	226339 *Ad.*	*Semisſis*	26	12	53	*Log.*	81703 *Ad.*
					301122						120361
					64262 *ſubt.*						17471 *ſub.*
					236860 *Reſid.*						102890 *Reſid.*
	17	48	58		118430 *Semiſſ.*		36	42	49		51445 *Semiſſ.*
b a c	35	37	56			d a c	73	25	38		
						b a c	35	37	56	*Add.*	
							109	3	34		
							179	59	60		
						h a b	70	56	26		

Latus

Latus	a b	*Log.*	49653					*Antil.*	23138	
Angul.	h a b	*Log.*	5638	*Add.*	*Gr.*	*M.*	*S.*			
Perp.	b h	*Log.*	55291		35	7	7	*Antil.*	20093	*Sub.*
				a h	14	4	7	*Antil.*	3045	
				a d	76	21	28	*Ad.*		
				h d	90	25	35			
					179	59	60	*Sub.*		
				Compl. h d	89	34	25	*Antil.*	490085	
				b h	35	7	7	*Antil.*	20093	*Ad.*
				d b	89	39	4	*Antil.*	510178	
					89	59	60	*subt.*		
			Declinat. ♀ *quæsita*		0	20	56			

Quæratur Differ. Ascens. inter Venerem & Regulum.

Exempl. pro Differ. Ascens. inter Venerem & Regulum.

		Gr.	*M.*	*S.*			
Declinatio ♀		0	20	56			
	d g	90	0	0			
		90	20	56			
		179	59	60			
	d b	89	39	4	*Log.*	2	*Subtr.*
Perpend.	b h	35	7	7	*Log.*	55291	
Differ. Ascens. inter ♀ *& Regul.*		35	7	10	*Log.*	55289	

Quæratur Declin. ♀ ad Ann. 1660, d. 10 Novemb. hor. 6 23′

Aliud Exemplum pro Declinatione Veneris.

	Gr.	*M.*	*S.*				*Gr.*	*M.*	*S.*	
Declin. Reguli B.	13	38	32	a e	*Compl.*		76	21	28	a d
Declin. Cordis Hydræ A.	7	11	13	f c	*Aggreg.*		97	11	13	d c
Distant. ♀ *à Regulo*	37	29	30	a b	*correct.*					
Distant. ♀ *à Corde Hydræ*	45	21	18	c b	*correct.*					
Dist. cord. Hydr. à Regulo	22	59	25	c a						

	Gr.	*M.*	*S.*			
a c	22	59	25	*Log.*	94012	
c b	45	21	18	*Log.*	34041	*Add.*
Differ.	22	21	53		128053	
a b	37	29	30			
Summa	59	51	23			
Semiss.	29	55	41½	*Log.*	69534	
Differ.	15	7	37			
Semiss.	7	33	48½	*Log.*	202779	*Add.*
					272313	
					128053	*subt.*
				Resid.	144260	
	29	5	9	*Semiss.*	72130	
a c b	58	10	18			

	Gr.	*M.*	*S.*			
a c	22	59	25	*Log.*	94012	
d c	97	11	13	*Log.*	789	*Add.*
Differ.	74	11	48	*Log.*	94801	
a d	76	21	28			
Summa	150	33	16			
Semiss.	75	16	38	*Log.*	3339	
Differ.	2	9	40			
Semiss.	1	4	50	*Log.*	397079	*Add.*
					400418	
					94801	
				Resid.	305617	
	Gr.	*M.*	*S.*	*Semiss.*	152808½	
	12	31	48			
d c a	25	3	36			
a c b	58	10	18			
d c b	83	13	54			

Lat.	b c	*Log.*	34041		
Ang.	d c b	*Log.*	699	*Add.*	
Perp.	b h	*Log.*	34740		

	Gr.	*M.*	*S.*
	44	57	10
c h	6	48	0
	97	11	13
	90	23	13
	179	59	60
Compl.	89	36	47

Antil. 35281

Antil. 34575 *subtr.*

Antil. 706

	Gr.	*M.*	*S.*
Compl.	89	36	47

	Gr.	M.	S.			
Compl.	89	36	47	*Antil.*	499778	
	44	57	10	*Antil.*	34575	*Ad.*
	89	43	33	*Antil.*	534353	
	89	59	60			
Declin. ♀ quæsita	0	16	27			

Quæratur Differ. Ascens. inter ♀ & Regulum, vel Angulus a d b.

Alterum exemplum pro Differ. Ascens. inter Venerem & Regulum.

		Gr.	M.	S.			
	a d	76	21	28	*Log.*	2862	
	d b	90	16	27	*Log.*	1	*Add.*
Differ.		13	54	59	*Log.*	2863	
	a b	37	29	30			
Summa		51	24	29			
Semiss.		25	42	14½	*Log.*	83536	
Differ.		23	34	31			
Semiss.		11	47	15½	*Log.*	158826	*Add.*
					Log.	242362	
						2863	
					Resid.	239499	
		17	34	30	*Semiss.*	119749	
Differ. Asc. ♀ & Reg.		35	9	0			

Pro Declin. & Diff. Asc. ♀ vespertinæ inveniendis.

Methodus pro Declinatione & Differentiâ Ascensionali Veneris vespert. inveniendis.

In Schemate F, est H o, Horizon; g e f Æquator, ejusq; Polus d, a sit Lucidum Latus Persei; cujus Declinatio Borealis a e, ejusq; Compl. a d, c Palilicium, cujus Declin. itidem Bor. c f, ejusq; complementum c d; b ♀, & ejus à Lucido Latere Persei Distantia observata & correcta a b, & b c Distantia ♀ observata & correcta à Palilicio; a c Distantia Lucidi Lateris Persei à Palilicio. Quæratur Declinatio ♀ b g & Differentia Ascensionalis g d f.

Idem planè modus cum eo, quem suprà indicavimus, nisi quod anguli priores non ad Stellam reliquas præcedentem, sed sequentem illas, sint inquirendi. Cœterùm & hic Perpendiculum à ♀ demittitur in latus oppositum, uti palam est Schema F inspicienti. Quare verbis prolixioribus abstinendum, & ipsum potiùs exemplum calculo subjiciendum esse, consultiùs actum fore duximus.

Quæratur Declinatio ♀ ad An. 1662, d. 20 Martii h. 7 49′ vesp.

Res eadem aliâ ratione investigatur.

	Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.	
Declin. Luc. Lateris Persei B.	48	37	45	e a	*Compl.*	41	22	15	a d
Declin. Palilicii Boreal.	15	48	12	f e	*Compl.*	74	11	48	c d
Dist. ♀ à Lucid. Latere Persei	29	43	33	a b					
Dist. ♀ à Palilicio	28	1	37	b c					
Dist. Pahl. à Luc. Lat. Persei	36	20	40	a c					

a c 36

	Gr.	M.	S.				Gr.	M.	S.		
a c	36	20	40	*Log.* 52315		a c	36	20	40	*Log.* 52315	
b c	28	1	37	*Log.* 75527	*Add.*	d c	74	11	48	*Log.* 3853	*Add.*
Differ.	8	19	3	127842		*Different.*	37	51	8	*Log.* 56168	
a b	29	43	33			a d	41	22	15		
Summa	38	2	36			*Summa*	79	13	23		
Semissis	19	1	18	*Log.* 112110		*Semissis*	39	36	41½	*Log.* 45007	
Different.	21	24	30			*Differ.*	3	31	7		
Semissis	10	42	15	*Log.* 168341	*Add.*	*Semissis*	1	45	33½	*Log* 348356	*Add.*
				280451						393363	*Pro Declinatione Veneris.*
				127842	*subtr.*					56168	*subtr.*
				Resid. 152609						*Resid.* 337195	
	27	47	28	*Sem.* 76304½			10	40	35	*Sem.* 168597½	
b a c	55	34	56			a c d	21	21	10		
						b a c	55	34	56		
						b c d	76	56	6		
Latus	b c			*Log.* 75527		*Antil.* 12475					
Ang.	b c d			*Log.* 2622	*Add.*	*Gr.*	*M.*	*S.*			
	b h			*Log.* 78149		27	14	27	*Antil.* 11754	*Subt.*	
						h c	6	52	20	*Antil.* 721	
						d c	74	11	48	*Subtr.*	
						d h	67	19	28	*Antil.* 95320	
						b h	27	14	27	*Antil.* 11754	*Add.*
					Declin. ♀ *quæsita*		20	2	42	*Log.* 107074	

Quæratur Differ. Ascens. inter ♀ & Palilic. *Pro Differentiâ Ascens. inter Venerem & Palilicium.*

	Gr.	M.	S.		
Declin. ♀	20	2	42		
	89	59	60		
b d	69	57	18	*Log.* 6249	
b h	27	14	27	*Log.* 78149	*Subt.*
Diff. Asc. quæsita	29	9	32	71900	

CAPUT VII.

De Longitudinibus, Latitudinibus, Ascensionibus Rectis, & Declinationibus nostris Fixarum.

ACquisitis nunc pariter ex Observationibus Solis, Veneris & Fixarum, genuinis Differentiis Ascensionalibus, quarum ope Fixarum verum situm in Cœlo feliciter impetravimus, ordo rei exigit, ut modò ad Longitudines, Latitudines, Ascensiones Rectas, & Declinationes progrediamur, quâ videlicet ratione eas supputaverim; ubi sciendum, me non unicâ solâ viâ, utpote ex Distantiis, & quidem diversissimis, nonnunquam 10 & 20, sed etiam ex Altitudinibus Meridianis multoties impetratis, tum & diversissimis Stellarum intercapedi- *Quomodò Longit. Latit. Asc. R. & Declinationes fuerint investigatæ.*

pedinibus, ab utroq; Fixæ Latere obſervatis, loca Fixarum deduxiſſe, ac ea quæ videbantur ex plurimis exemplis certiora retinuiſſe, & tum demum Catalogo noſtro inſeruiſſe, non attento aliorum Auctorum loca mecum minimè convenire, ſed longisſimè à meis diſcedere.

Unius hominis vires iſte Labor ferè excedit.

Qualis Herculeus & Auſterus etiam hicce fuerit labor, per viginti & ampliùs Annos, tot millena exempla toties ſupputare, ac recorrigere, judicio harum rerum peritisſimorum, qui nonnunquam etiam hâc in parte quicquam tentârunt, relinquo. Sine dubio mecum fatebuntur, hocce fuſisſimum opus, non eſſe unius ſolius hominis: idcircò etiam duos Studioſos in pulvere Aſtronomico benè exercitatos eum in finem in domo meâ alui, ut mihi auxilio eſſent in rebus hiſce ſupputandis: quanquam non adeò diu apud me commorati ſunt. Prior, Pomeranus namq; non niſi per biennium vel triennium, ob negligentiam ſuam ſubſiſtere potuit; alter Germanus verò, Juvenis Induſtrius, atq; in calculo benè exercitatus, ac providus, elapſis aliquot annis, præter Spem meam, acuto morbo eſt exſtinctus. Horum auxilio uſus ſum circa Longitudines, & Latitudines calculo eruendas. Attamen, credas mihi, Benigne Lector, ſincerè loquor, me nullum ullum exemplum Collaboratorum meorum acceptaſſe, multò minùs in Catalogum noſtrum retuliſſe, quod ipſe non ſemper denuò perquiſiverim quàm diligentisſimè, & examinaverim, num etiam in omnibus numeris juſtè id eſſet peractum. Quandoquidem Deus O. M. talem mentem, pro quo ipſi grates habeo æternas, mihi inſpiravit, quòd ea, quæ ipſe non peregerim, & examinaverim (ſed benè notes velim, in hiſce ſolummodò rebus Aſtronomicis) quicquid etiam glorioſis verbis referat alius vel jactet, haud facilè credam, nedum vel quicquam dictis illis tribuam; ubi inprimis ſolidiora quædam iis ſuperinſtrui debent. Quid operæ hoc ipſum rursùs fuerit, & quantum temporis iſtis examinibus triverim: cùm omni tempore plurimis graviſsimis aliis etiam negotiis fuerim ferè obrutus, vix facilè quisquam ſibi perſvadebit. Imò nonnunquam unum unicum exemplum ad reſumendum, examinandum, ac corrigendum plus negotii mihi faceſsivit, quàm ſi ipſe ab initio calculum poſuiſſem. Nam alterius errata præſentiſcere, detegere, ac recorrigere, majorem plerumque moleſtiam alicui creat, quàm ſuas proprias evitare mendas.

Auctor duos Studioſos in domo ſuâ ſuſtentavit.

Que min finem.

Auctor omnia rursùs diligentisſimè examinavit.

Qualem mentem DEUS Auctori inſpiraverit.

Aliena recorrigere errata, plus negotii habet quàm ſua propria.

Quò autem perſpicias, mi Lector, quomodo calculum expediverim, nonnullum exemplum (unà cum ipſo Schemate ſuo loco exhibito) hic ſubjungam.

Pro Longitudinibus & Latitudinibus ex Diſtantiis computandis.

In Schemate G, præcedentis Fig. A*, eſt h g s o Horizon, æ ≏ s q Æquator; ≏ e g d Ecliptica; ejus Polus a; b Arcturus, cujus Longitudo ≏ g, & Latitudo b g; c Lucida Lyræ, cujus Longit. ≏ d, & Latit. c d; f Stella obſervata; f b ejus Diſtantia ab Arcturo; f c Diſtant. à Lucidâ Lyræ; b c Diſtant. Arcturi à Lucidâ Lyræ. Quæratur f e Latitudo, & ≏ e Longit. Stellæ.

Primò, in Triang. obliq. f c b, ex datis tribus lateribus f b, f c, & c b

& c b, Diſtantiis nimirùm obſervatis, quæritur angulus f b c. Deinde in Triang. obliquang. a b c, ex datis itidem tribus lateribus, b c Diſt. Arcturi à Lucid. Lyræ, & a b, atque a c complementis harum Stellarum Latitudinariis, quæritur angulus a b c: modo, quem in ſuperioribus fuſiorem dedimus. Qui angulus a b c ſubtractus ex angulo f b c, relinquit angulum f b i. Tum Logarithmorum f b & f b i Summa, erit Logarithmus Perpendiculi f i. Et hujus Perpendiculi Antil. ſubductus ex Antilogarithmo Hypothenuſæ f b, relinquit Antilog. lateris b i; quod demtum ex complemento Latitud. Arcturi b a, manifeſtabit latus a i. Ergo in Triangulo rectang. f i a, ſumma Antilogarithmorum crurum a i & f i, eſt Antilog. Hypothenuſæ f a, id eſt, complementi Latitudinis quæſitæ. Et complem. Latit. f a Logarithmus ſubtractus à Logarithmo f i, relinquit Logarithmum anguli f a i, qui eſt Differentia Longitudinum Stellæ & Arcturi e g. Ergo non ignorabitur ipſa Longitudo Stellæ quæſitæ ♎ e. Exempl. gr.

Longitudines & Latitudines ſupputare ex diſtantiis.

Sit quærenda Longit. & Latit. Stellæ ante IV flexuram prioris Draconis, ex Diſtantiis.

Exemplum calculi.

	Gr.	M.	S.	
Diſtantia Arcturi & ✱	47	40	40	b f
Diſtantia Lucidæ Lyræ & ✱	30	32	0	f c
Diſtant. Arcturi & Luc. Lyræ	58	52	22	b c

	Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.			Gr.	M.	S.	
Long. Arcturi	19	29	6	♎	*Latitud. B.*	31	1	0	b g	*Compl.*	58	59	0	b a
Long. Lyræ	10	33	17	♑	*Latitud. B.*	61	47	17	c d	*Compl.*	28	12	43	c a

	Gr.	M.	S.			
b f	47	40	40	*Log.*	30197	
b c	58	52	22	*Log.*	15545	*Add.*
Differ.	11	11	42	*Log.*	45742	*Differ.*
f c	30	32	0			
Summa	41	43	42			
Semisſis	20	51	51	*Log.*	103238	
Differ.	19	20	18			
Semisſis	9	40	9	*Log.*	178403	*Add.*
					281641	
					45742	*Sub.*
				Reſid.	235899	
	17	54	17	*Semiſſ.*	117949	
f b c	35	48	34			

	Gr.	M.	S.			
a b	58	59	0	*Log.*	15430	
b c	58	52	22	*Log.*	15545	*Add.*
	0	6	38		30975	
a c	28	12	43			
Summa	28	19	21			
Semisſis	14	9	40	*Log.*	140794	
Differ.	28	6	5			
Semisſis	14	3	2	*Log.*	141561	*Add.*
					282355	
					30975	*Sub.*
				Reſid.	251380	
	16	31	52	*Semiſſ.*	125690	
a b c	33	3	44			
f b c	35	48	34			
f b i	2	44	50			

Latitudo quæſita.

Lat.	f b	*Log.*	30197	*Antilog.* 39555
Angul.	f b i	*Log.*	303803	
Perp.	f i	*Log.*	334000	

	Gr.	M.	S.		
	2	1	51	*Antilog.*	63 *Add.*
b i	47	38	42	*Antilog.*	39618
b a	58	59	0		
a i	11	20	18	*Antilog.*	1971
f i	2	1	51	*Antilog.*	63 *Add.*
f a	11	31	0	*Antilog.*	2034
	89	60	0		
Latitud. quæſita. f e	78	29	0		

f a *Log.* 161117 *S.*

f a *Log.* 161117 *S.*			
f i *Log.* 334000		*Gr. M. S.*	
f a i *Log.* 172883		10 13 25	
	Longit. Arct.	19 29 6 ♎	
		9 15 41 ♎	*Longitudo ✱ quæsita.*

Longitudo quæsita.

De Longitud. & Latitud. ex Altitudine Meridianâ eruendis.

Ex Altitudine Meridianâ Longitudines & Latitudines invenire.

In Schemate H, præcedentis Fig. A✱ erit a g Altitudo Stellæ Meridiana obſervata, à quâ ſubducto arcu Meridiani a d, qui menſurat angulum a c d, Elevationem nempe Æquatoris, remanet Stellæ g Declin. g d. Datur etiam alterius Stellæ h Declinatio h i, & Diſtantia ab invicem g h. Quæratur autem Differ. Aſcenſ. ſeu angulus d f i.

PRÆCEPTUM CALCULI.

Methodus calculi.

In Triangulo obliq. g h f, datis tribus lateribus g f, h f, Complementis Declinationum, & g h Diſtantiâ Stellarum, inquiritur angulus g f h, hâc ratione: Declinationum Antilogarithmi addantur & ſerventur. Dein, eorundem Differentia, ſi ejusdem ſunt denominationis; vel ſumma, ſi diverſæ, addatur & ſubtrahatur Diſtantiæ Stellarum, & tam Semiſummæ, quàm Semidifferentiæ Logarithmi colligantur in unam ſummam, à quâ ſubducatur Antilogarithmorum ſumma priùs acquiſita; erit Semireſiduum Logarithmus Semianguli quæſiti. Angulus autem d f i jam inventus demtus Aſcenſioni Rectæ Stellæ h, ſi ipſa h in orientali fuerit plagâ; vel adjectus eidem Aſcenſioni Rectæ, ſi in plagâ occidentali fuerit, relinquit Aſcenſionem Rectam Stellæ g, quæ quærebatur. Exempl. gr.

Sit inquirenda Longitudo & Latit. Primæ Caudæ ♈

Exemplum calculi.

	Gr.	*M.*	*S.*			
Declin. ✱ Bor.	18	25	50	*ex Altit. Meridianâ, obſervata.*		
Declin. Cornu B. ♉ *B.*	28	15	58	*Aſc. Recta* 76° 12′ 27″		
Diſtantia ✱ ✱	31	52	15			
	Gr.	*M.*	*S.*			
Declin. Corn. Bor. ♉	28	15	58	*Antil.*	12698	
Declin. Primæ Caudæ ♈	18	25	50	*Antil.*	5265	*Add.*
Differ.	9	50	8	*Antil.*	17963	
Diſtantia ✱ ✱	31	52	15	*Add.*		
Summa	41	42	23			
Semiſſ.	20	51	11	*Log.*	103290	
Differ.	22	2	7			
Semiſſ.	11	1	3	*Log.*	165492	*Add.*
					268782	
				Antil.	17963	*S.*
				Reſid.	250819	
	16	34	45	*Semiſſ.*	125409	
Differ. Aſc. ✱ ✱	33	9	30			
Aſc. R. Cornu Bor. ♉	76	12	27			
Aſc. R ✱ quæſita	43	2	57			

Aſcenſ. Recta quæſita.

Ex inventâ autem hoc modo Aſcenſione Rectâ & Declinatione obſervatâ, haud difficulter Longitudinem & Latitudinem eliciet, qui Aſtronomiæ vel prima duntaxat jecerit fundamenta. Nihilominùs Methodum,

dum, quâ usi sumus adponere hîc placuit, ut habeant Tyrones, in quo sese exercere non nequeant. Nec tamen longi erimus varios recensendo casus: petantur ii ex libellis sphæricis.

Calculus Longit. & Latit. ✱ ex Declinat. & Ascens. Rectâ.

In Schemate I, ejusdem præcedentis Fig. A✱, erit H K Declinatio Stellæ. E K Asc. ejusdem Recta. Quæritur autem E I Longitudo in Eclipticâ, & I H Latitudo. *Calculus Longitud. & Latitud. ex Declinat. & Asc. R.*

Methodus expeditissima hæc est: 1. Addatur Antilogarithmus Ascensionis Rectæ E K, Antilogarithmo Declinationis H K: aggregatum est Antilogarithmus Inventi primi E H.

2. Logarithmus Inventi primi E H subtractus à Logarithmo Declinationis H K, relinquit Logarithmum Inventi secundi H E K.

3. Ab Invento secundo H E K, subtracta in hoc scilicet nostro exemplo Obliquitas Eclipticæ, sive angulus D E B, relinquit Inventum tertium H E I.

4. Summa Logarithmorum Inventi tertii H E I, & primi E H, est Logarithmus Latitudinis H I quæsitæ.

5. Antilogarithmus Latitudinis H I subtractus ab Antilogarithmo Inventi primi E H, relinquit Antilogarithmum Longitudinis E I quæsitæ. Exempl. gr.

Exemplum Calculi.

		Gr.	M.	S.		
Asc. Recta ✱	E K	43	2	57	*Antilog.*	31368
Declinatio ✱	H K	18	25	50	*Antilog.*	5265
Inventum I.	E H	46	6	36	*Antilog.*	36633
Declinat. ✱	H K	18	25	50	*Log.*	115150
Invent. I.	E H	46	6	36	*Log.*	32756
Invent. II.	H E K	26	1	15	*Log.*	82394
Obliquitas Eclipt.	D E B	23	30	20		
Invent. III.	H E I	2	30	55	*Log.*	312615
Invent. I.	E H	46	6	36	*Log.*	32756 *Add.*
Latitud. ✱ *Bor.*	H I	1	48	45	*Log.*	345371
Inventum I.	E H	46	6	36	*Antilog.*	36633
Latitudo ✱	H I	1	48	45	*Antilog.*	50
Longit. ✱ *ab Æquin.*	E I	46	4	58	*Antilog.*	36583
Longit. ✱ *quæsita est*		16	4	58	♉	

Vel

Aliter; sed eodem res recidit.

		Gr.	M.	S.					
E K	*Ascens. Recta* ✱	43	2	57	*Antil.*	31368			
H K	*Declinatio* ✱	18	25	50	*Antil.*	5265	*Add.*	*Log.*	115150
E H	*Inventum I.*	46	6	36	*Antil.*	36633		*Log.*	32756 *Subtr.*
H E K	*Inventum II.*	26	1	15				*Log.*	82394
D E B	*Obliquitas Eclipt.*	23	30	20					
H E I	*Inventum III.*	2	30	55				*Log.*	312615
H I	*Latit.* ✱ *Bor.*	1	48	45	*Antil.*	50	*Ad.*	*Log.*	345371
E I	*Longit. ab Æquin.*	46	4	58	*Antil.*	36683			
Ergo Longitudo ✱ *est*		16	4	58	♉ & *Latitudo* 1° 48′ 45″ *Bor.*				

CAPUT VIII.

De Numero Asterismorum & Stellarum, tum nonnullis Rebus animadversione dignis.

Scientiæ & Artes de die in diem crescunt.

PRiusquam autem ad ipsum nostrum Catalogum deveniamus, haud alienum esse duco, ut priùs de Numero Siderum, & Stellarum quædam præmittamus. Quemadmodùm omnes Artes & Scientiæ, successu temporis, labore & industriâ plus plusque excoli, & promoveri non nequeunt; pariter cum Scientiis nostris Astronomicis est comparatum. Quis enim unquam asseverabit, quòd omnium primus Siderum Scrutator, quisquis etiam ille fuerit, statim ab initio, omnes & singulas Fixas in certum Ordinem redegerit, atque in certa Sidera distribuerit, tum unamquamque certo nomine benè convenienti denominaverit; ut quidem cum tempore, magis magisque fuit à Posteris obtentum.

Primus Observator haud potuit omnia statim ex Cœlo impetrare.

Vetustiores Astronomi quot Sidera, & quot Stellas numeraverint.

Quantum ex Veterum Scriptis compertum habemus, Astronomi Vetustiores, in toto Globo Cœlesti à Polo Arctico ad Antarcticum usq;, 48 integra Sidera, & 1022 Stellas numerârunt: prout Noster Copernicus tot etiam in suo Catalogo exhibuit. Ptolomæus pariter 48 Sidera habet: nimirùm Stellarum Borealium 361, Stellarum in Zodiaco 350, & Stellarum Australium 315; sic ut Summa earum sit 1026. Ulug Beighi etiam tot Sidera, nempe 48, & in illis 1017 Stellas numerat.

Quare Tycho pauciora Sidera, quàm Veteres in suo Catalogo exhibeat.

Summa Stellarum à Tychone observatarum.

Nobilem verò Tychonem quod attinet, ille quidem tot Sidera, & Stellas non profert. Quandoquidem tantùm eas Stellas in suum Catalogum assumpsit, quas ipse in suo Horizonte, suismet Instrumentis, potuit observare; eas verò quas nequivit videre, vel Instrumentis dimetiri, haud Catalogo suo adscripsit. Sic ut in Tychonis Catalogo tantùm 45 Sidera, Stellarum verò Borealium 341, in Zodiaco 306, & Australium 130 inveniantur; quarum totus Numerus solummodò ad 777 excurrit: quas nempe ipse Tycho, ut modò dicebam, ex Cœlo depromere valuit.

Kepplerus nonnullas Stellas Tychoni assignavit, quas ipse tamen non observavit.

Kepplerus quidem Tychoni adhuc 17 imò plures, nimirùm in Eridano & Sagittario adscribit, quas ego etiam, ex ejus Sententiâ Stellis Tychonicis annumeravi; verùm deinde comperi, ipsum Tychonem eas non observasse, sed Kepplerum ex Ptolomæo deprompsisse, ac correxisse, addendo, vel subtrahendo Longitudini, & Latitudini nonnulla minuta: prout suo loco pleniùs commonstrabitur.

Princeps Hassiæ quot Stellas ex Cœlo deduxerit.

Principem Hassiæ nunquam satis laudatum (qui huic Fixarum negotio profectò haud parùm etiam contribuit, atq; plurimos Annos in conficiendo suo Catalogo consumpsit) inquit Tycho, in suis Progymnasmatibus pag. 274, ad 400 Stellas Fixas observasse, ac restituisse; sed accuratâ factâ inquisitione, non nisi cum suo Rothmanno 386 ex Cœlo deduxit; quibus

quibus etiam abundè fuit contentus, relinquendo unicuique Obſervatori (ad Exemplum Tychonis) ſua: quod inſtitutum maximis encomiis eſt extollendum; è contrariò verò magnoperè deteſtandum, quòd nonnulli etiam Eruditorum non erubeſcant hoc noſtro ævo, aliena prorsùs pro ſuis venditare, ſeq; alienis pennis exornare. *Aliena pro ſuis venditare, non competit Eruditis.*

De Kepplero hoc notes velim, quòd in ſuo Catalogo Tabularum Rudolphinarum, quem aliàs Tychoni adſcribit, omninò plura Sidera habeat, nimirùm 58; cùm omnes etiam Stellas circa Polum Antarcticum obvias ſimul nobis ſiſtat: Stellas Boreales nempe 504, in Zodiaco 336, & Auſtrales 323; ſic ut totus earum Numerus apud ipſum ſit 1163: quas partim ex Ptolomæo, partim ex aliis diverſis Auctoribus hauſit. *Kepplerus quot Sidera & Stellas habeat.*

Clar. & Doctisſimus Ricciolus, ſuum Fixarum Catalogum ad 305 Stellas locupletavit: quandoquidem in parte Boreali 545, in Zodiaco 406, in parte verò Auſtrali 517 reponit. Exindè earum Numerus ad 1468 excreſcit: non quidem, quas ipſe cum ſuo Socio P. Grimaldo obſervavit, vel obſervare potuit, ſed ſolummodò, quas adoptare, & quibus ſuum Catalogum ditare placuit. Unde autem illas deprompſerit, circa Polum Antarcticum adſpectabiles, profectò nondum intellexi; circa verò Polum Arcticum noſtrum quâ viâ acquiſiverit, Capite ſubſequente pluribus dicetur. *De Numero Stellarum Riccioli.*

Præclariſsimus Bartſchius, in ſuo Globo Quadripedali, Anno 1635 Argentorati in 4to edito, meminit, Bayerum in ſuâ Uranometriâ 1725 Stellas, & 72 integra Sidera delineaſſe; gloriatur etiam, quòd ipſe in ſuo Globo 1762 Stellas deſignaverit; ſed unde illas deprompſerit, vel quisnam illas omnes debitè obſervaverit, quo anno, quâ viâ, an per diſtantias, an verò Altitudines Meridianas, & quibus Inſtrumentis, ſanè neſcio, neq; ullibi reperire potui; ſed id tantùm deprehendi, Bartſchium ex Globis, & Delineationibus Bayeri Longitudines & Latitudines ferè omnes, atque ex aliis Auctoribus (qui tamen abundè hallucinati ſunt) deprompsiſſe: ut ipſe fatetur in modò dicto Opuſculo, dum ſcribit. *Quot Stellas Bayerus & Bartſchius delineaverint.* *Unde illas deprompſerint non addunt.*

Et licet jam per biennium ferè in Canonicâ Fixarum deſcriptione, partim ad planiſphærium meum Stellatum, ſive vice-Globum Cœleſtem in plano delineatum, partim ad huncce Globum magnum Stellis exornandum neceſſariâ, horis ſucciſivis multùm laboravi: ad eam tamen perfectionem nondum perducta, ut præter Tychonianas, (quod benè notes velim) *& paucas Kepplerianas Stellas, de reliquarum ferè* 1000 *locis veris accuratè obſervatis certus eſſe poſsim.* *Bartſchius fatetur quòd de nullis aliis, quàm de Tychonicis Fixarum locis certus ſit.*

Quapropter omnes Aſtronomiæ Cultores rogatos velim, ut cùm omne bonum ſui communicativum, ſi præter iſtas modò dictas 777 *à Tychone in libro Progymn. de Stellâ novâ, & 43. à Kepplero, in Libr. de Stellâ novâ Serpentarii deſcriptas, aliarum vel Tychonis, vel propriâ Obſervatione certarum loca præciſè habeant (prout earum* 212 *Cl. Dominus Origanus in Ephem. rec. introduct. meminit) ob communia ſtudia nobiſcum communicare non deſiſtant: quò magis magisq; ad perfectam fixarum Stellarum Hiſtoriam, exactamq; Longitudinis & Latitudinis earum ſupputationem proximè accedamus. &c. &c.* *Bartſchius rogat Aſtronomos, ſi quæ correctiora habeant, ut communicent.*

Ex quibus luce clariùs eluceſcit, Bartſchium, exceptis locis Tychonianis, & illis 43 Kepplerianis, nulla planè vera loca reliquarum Fixarum 942 poſſediſſe, ex quibus Globos ſuos conſtruere potuerit. Conſequitur etiam ex dictis, neque Bayerum, neq; Schillerum omnium Fixarum benè correctas obſervationes habuiſſe, ex quibus tam Uranometriam, quàm *Bayerus & Bartſchius omnium Fixarum loca minimè habuerunt correcta.*

Cœlum Stellatum deſcribere valuerint. Et licet equidem Bayerus, & ex eo Schillerus, multò plures, quàm Tycho & Kepplerus exhibuerunt, Stellas depinxerint, nihilominùs reliquis omnibus minimè fidendum: cùm nullum planè fundamentum Longitudinis & Latitudinis indicaverint. Atque ideò penitùs mihi perſuadeo, quòd maximam partem Fixarum, exceptis Tychonicis, non niſi nudo oculo, rudiori Minervâ tantùm delineaverint. Proindè quàm parùm admodùm illis obſervatis tribuendum ſit, qui Diſtantias Stellarum per tubulos determinant, atque ad illa Bayeri loca lubrica alligare ſtudent, facilè & Rerum Cœleſtium rudiores intelligunt. Satius eſſet, ut ad normam Tychonicorum Globorum eousque incederent, donec ſibimetipſis accuratiores conficerent, vel ab aliis prodirent. Quippe per Figuras Bayeri nihil ampliùs præſtant, quàm quòd totum Cœleſte negotium perturbent, & quòd omnes Stellæ, quæ in Globis ad ſiniſtram ſunt conſtitutæ ad dextram appareant: Bayerus enim ordinem omnium Stellarum inconſideratè planè invertit, ex quo Catalogi omnium Auctorum confunduntur, etiam Lectores perturbantur; cùm nullam Stellam debito nomine, ſeu per literas tantùm, quod tœdioſiſſimum, denominet.

Qui ad Bayeri Stellarum loca, ſuas Obſervationes adſtringunt, ſæpiùs à vero aberrant.

Bayerus incogitato animo Sidera omnia invertit.

Verùm ut ulteriùs progrediamur, & ad Noſtra Sidera, & Stellas accedamus, indicandum primùm, quot nimirùm illarum ſint, quas in Noſtrum Catalogum retulimus; non quidem illas, quas nudo oculo circiter deprehendi, vel tot, quot reverà in quolibet Sidere, beneficio alicujus præſtantis Teleſcopii appareant, minimè! ſed eas ſolummodò quas ego ipſe ex plurimis Diſtantiis, & Altitudinibus Meridianis (prout ex Poſteriori Parte Mach. Noſtræ Cœl. liquet) debitè, majoribus & idoneis Inſtrumentis, per nuda pinnacidia obtinui. Et intrepidè aſſeverare poſſum, me ne unicam planè Stellulam, quocunque etiam Cœli loco ſubſiſtat, (ſed intelligendum, quæ nobis oriuntur, in conſpectum prodeunt, atque obſervare unquam potui) aliis Obſervatoribus clanculum abſtuliſſe, vel ex aliorum Catalogis adoptaſſe, multò minùs ullâ aliquâ malâ arte deprompſiſſe: ut ab aliis factum eſt, etiam de die in diem à quibusdam ad hunc modum adhuc luditur: qui aliorum labores, & ſudores, depoſito omni pudore, pro ſuis venditant, gloriolam aliquam ſolummodò captandi gratiâ.

Auctor Stellas quas per nuda pinnacidia obſervavit, in Catalogum ſuum retulit.

Auctor nullas Stellas Aliis ſurripuit.

Aſterismorum autem ſunt tam Veteribus cognitorum, quàm duorum illorum (quæ Bartſchius auſus eſt fundare, id quod fieri haud debuiſſet, cùm ipſe Stellas illas ritè non obſervaverit) nec non illorum planè recentiorum duodecim à me nunc primùm inter reliqua Aſtra repoſitorum, pariter cum illis octodecim, quos Cl. Egmondus Hallejus in Inſula S. Helenâ, ad petitiones meas denuò obſervavit & correxit, integra ſcilicet Sidera 76; Stellarum autem earum Veteribus jam cognitarum Numerus eſt 950, at mearum, quas hactenus nemo adhuc rectè, & ritè determinavit debitis Inſtrumentis, ſunt 603 (quanquam præter has nonnullæ adhuc aliæ extiterunt, quas autem lugubre illud incendium mihi abſtulit) Stellarum verò Halleji, præter illas 38, quas jam ipſe obſervavi, ſunt 335; ſic ut totus numerus

Auctoris Numerus Stellarum.

numerus Fixarum in meo Catalogo relatarum, & in meâ Uranographiâ descriptarum ad 1888 excurrat.

Ut autem mi Astrophile, protinùs sub uno intuitu habeas, & adspicias, quot Stellæ à Prædecessoribus Nostris, & quot à nobis primùm accuratè sunt observatæ, adjiciam Tabellam, ex quâ patebunt ea omnia, nec non cujusvis genuini Asterismi, quos ego nunc primùm excogitavi, ad exemplum illorum duodecim Signiferi, jam olim à Vetustissimis Astronomis effictorum. Id quod Studio Astronomico, atque illius Cultoribus magno usui esse potest. Plurimum enim temporis ac chartæ redimere possumus, quando circa Observationes, & calculum, tum literas scribendas non omni occasione attinet uniuscujusvis Asterismi integrum nomen, utpote exemp. grat. Serpentarii, Comæ Berenices ex omnibus literis conscribere; sed solummodò uno simplici Charactere, uno ductu efformato, uti consuetum est, in notandis signis Zodiaci: ubi loco Arietis signum ejus ♈, & loco Tauri, signum ♉ exhibent, exprimere.

Ex Tabellâ patet quot Stellas Antecessores & quot Auctor observaverit, nec non cujusvis Sideris genuinum Signum.

Peculiares Characteres omnium Siderum in promptu habere, Astrophilis admodum utile.

At verò demiror, quare Veteres, cum omnibus Nostris Antecessoribus non eò etiam devenerint, ut pro denotandis in universum omnibus Asterismis (prout circa Signa Zodiaci ab illis optimè factum, & septem Planetas ☉, ☽, ♄, ♃, ♂, ♀ & ☿) peculiares Characteres Nobis & Posteritati reliquerint. Quapropter jam à plurimis Annis eò allaboravi, ut planè pro omnibus Sideribus, aptissimos, convenientissimos, benè intelligibiles, maximè appositos, ac simul omninò simplices, uno leviusculo ductu descriptos Characteres fingerem.

Mirandum, quòd Veteres illos non excogitaverint.

Auctor novos illos Characteres condidit, & quidem alterâ vice post incendium.

Quæ etiam Divinâ adjuvante Gratiâ, ex voto obtinueram, sed pariter nefandis Ignibus sunt cremata; nihilominùs tamen, benè prævidens in commodum cedere posse Siderum Cultoribus, atque exindè nemini non eorum fore haud ingratum (quanquam, sine dubio, nonnulli Invidi & Momi prodibunt, omnia reprehendentes, ac sugillantes) placuit denuò, post crudele illud meum infortunium, hoc idem negotium suscipere, & Characteres illos alterâ vice effingere; non dubitans, quin prioribus benè respondeant: firmiter enim jam animo inhærebant, ac à longo tempore feliciter jam iis usus eram.

Cæterùm Laudatissimos Antecessores rationes suas habuisse, cur sic & non aliter Characteres illos 12. Zodiaci designaverint, nullum est dubium; attamen non sum in eâ opinione, ac si illos secundùm operationem & significationem aliquam Astrologicam figuraverint, minimè! Verùm Cl. Kepplero adstipulor, quòd sint arbitraria, & neutiquam significativa: Sicuti pleniùs legere est in Keppleri tractatu de Stellâ novâ in pede Serpentarii pag. 18. Cap. V. Rationes autem illas omnes, quare sic & non aliter Characteres formaverint, vix cuipiam esse cognitas existimo. Quandoquidem non memini me ullibi eas legisse, vel ab aliquo Auctore esse annotatas. De quibusdam quidem conjecturare licet, unde ita factum sit; sed in omnibus sanè non succedit: Exemp. grat. Signum ♈, dicerem ex eo accidisse, quòd Arietis bina cornua exprimere debuerit: Taurus, quòd pariter duo cornua habeat, & pro distinctione, O, tanquam

Veteres non absq; ratione duodecim illa Zodiaci Signa formaverunt.

Dicta Signa non sunt Significativa, sed Arbitraria.

Cur sic & non aliter finxerint Signa Zodiaci; in quibusdam assequi possumus.

quam Caput ei annexuerunt, uti videre eſt ex ipſo Signo ♉: Gemini, cùm duo ſint Puelli ſibi firmiter adhærentes, per duas lineolas à parte ſuperiori & inferiori connexas exprimere voluerunt, nimirùm ita ♊. Hâc ferè ſimili ratione quorundam adhuc aliorum Zodiaci Signorum Characteres ſalvare poſſem, utpote Cancri, Leonis, Libræ, Sagittarii, Aquarii & Piſcium; atverò reliquorum Characterismi, ex quibus rationibus profluxerint, quantum ego comprehendere valeo, fateor me non capere: utpote Signum Virginis, Scorpii, & Capricorni: ut ut tamen ſit, in eâ perſevero Sententiâ, Primos Inventores nihilominùs ſuas certas habuiſſe rationes, cur ea ſic, & non aliter effinxerint. Hæc eam ob cauſam refero, ut is, qui novos rerum Characteres excogitare ſtudet, non absque omni ratione rem ſuſcipiat; ſed eos ſic conſtituat, quò etiam rudiores primâ fronte ſtatim ex ductu perſpiciant, ac intelligant, quodnam Sidus eo ipſo indicetur, tum ut Character uno ſimplici leviuſculo ductu, ſi fieri poteſt, deſcribatur.

Sed non in omnibus.

Qui novos Characteres fingere cupit, neceſſe, ut id fiat ex certis rationibus.

Quamobrem & mihi ipſi certas præſcripſi leges; primò, quoad fieri poſſet, ut uno aut iterato ductu Characterismos depingerem. Secundò, ut ex certis quibusdam literis Aſterismorum Characterem componerem, & ita quidem, ut antecedentem literam & intermediam, nec non interdum cujusvis Syllabæ adhiberem, prout convenientiùs id ſuccederet. Tertiò, nonnunquam etiam Animalium & Rerum formas benè attendi. Sed melioris intellectûs gratiâ Curioſiori Aſtrophilo, ſecundùm ordinem Alphabeticum, & Catalogum Noſtrum Fixarum hic loci Characteres meos ſubjiciam.

Ex quo fundamento novos Characteres compoſuerit.

Nimirùm, Andromedæ Character eſt talis ∧∩∪, ex a, n, & d. Antinoi Signum eſt ∧t, ex A & t. Aquilæ ∧q, ex A & q. Aurigæ ∧g, ex A & g. Bootis ∧t, ex B & t. Canis Majoris, ex C, & una lineola, cum ſigno plus, utpote C+, C indigitat Caudam, lineola Corpus, crux verò, nempe plus, Canem Majorem. Canis Minoris C−, ex Signo minus ſtabilitur: quæ ſigna plus +, & minus —, etiam circa alios Aſterismos adhibui; utpote circa Urſos, Majorem & Minorem, Triangula, majus & minus, aliaque Sidera. Character Canum Venaticorum eſt ∪, tanquam duos ſignificans Canes; Aſterionis ∧st; Charæ Cha. Camelopardali Cmlpd. Cephei Cph. Ceti Cet. Comæ Berenices ∞, Caput atque crines exhibens. Coronæ Borealis ⊚b. Corvi Cv, ex C & v. Crateris Crt. Cygni, cùm Stellæ quaſi crucem referant, hinc ſubſequens elegi ✠. Delphini, ob figuram ejus Rhombi ◊. Draconis Dc, ex D & c. Equulei Eq, ex E & q. Eridani ∿, cùm ſit fluvius. Herculis Hc, ex H & c. Hydræ Hda, ex H, d, & a. Lacertæ Lct, ex L, c, & t. Leonis minoris L, ex Signo

Omnium Siderum novi Characteres Auctoris.

Quid valeat plus & minus in hocce negotio

Characteres Camelopardali, & Cephei &c.

Signo ♎, & Signo minus —. Leporis , per aures leporis. Lupi , ex L, p, & s. Lyncis , ex L & x. Lyræ , quadratum indigitat Inſtrumentum Muſicum, & C collum Lyræ. Monocerotis , per inverſam , quaſi Caput o & cornu ⸌ exhibens. Navis , per Naviculam. Orionis , ex O & R. Pegaſi , cùm Stellæ illius Sideris, quaſi magnum quadratum repræſentent, vel ex P & g. Perſei , ex P & s. Sagittæ , ex S, g & t. Serpentis , per faciem Serpentis quieſcentis. Serpentarii , ex Serpente, p & t; Scuti Sobieſciani , per formam Scuti. Uraniæ Sextantis , per Signum Sextantis. Trianguli Majoris, , per Triangulum & Signum +. Trianguli minoris , per Triangulum & Signum —. Urſæ majoris , cùm Urſa major quaſi currum referat, per quatuor illas Stellas, & Caudam, ex tribus aliis Stellis; hinc Caudæ, Signum plus + adjeci, Urſam nempe majorem ſignificando. Urſæ Minoris , Character eſt præcedens, cum ſigno ⸌. Vulpeculæ , ex V, p, & c. conſtat. Columbæ Noachi , ex formâ trifolii. Roboris Carolini per Arborem . Centauri , ex C, & Signum ♉, Aræ ſeu Thuribuli , quaſi Altare, ignemq; repræſentans. Coronæ Auſtralis ◎a, per ſuperius Signum Coronæ, & a. Gruis , ex G, r & s. Phœnicis , ex P, h & x. Pavi , per ejus quaſi caudam. Api, vel Indicæ Avis , ex A & p. Chamæliontis , ex C, h, & m. Trianguli Auſtralis, per Triangulum annexa a. hoc modo △a. Piſcis volantis , per uſitatum Signum, ⋊ & v. Dorado, ſive Xiphias , ex X & p. Toucan ſive Anſeris Americani , ex T & c. Hydri , ex H, d & s; cùm Hydra ex H, d, & a conſtet. Piſcis Notii , per Signum ⋊ & a. Indus , ex I, & d.

Characteres Orionis & Pegaſi.

Characteres Urſæ Majoris & Minoris.

Characteres Pavi & Api.

Atque ita habes, mi Lector, omnium Aſterismorum Characteriſmos à me concinnatos; aliâ etiam ratione, lubens concedo, componi potuiſſent, ſed hos aliis prætuli, tanquam convenientiores, & pictu faciliores: ſi cuidam Momo fortè diſplicent, liberum ipſi per me eſto, alios Characteres effingere, quod facillimum erit; inventis enim facile eſt addere: ſed me prævenire meritò debuiſſet, ut omnium Primus fuiſſet.

Etiam aliâ ratione potuiſſent Characteres effingi.

De reliquo, priusquam Tabulam, ſuprà promiſſam hîc apponamus, haud abſonum foret, ut priùs de diverſiſſimis illis Nominibus, tam Siderum, quàm Stellarum à Veteribus illis inditis agamus, tam Latinis, Græcis, & Arabicis, quorum ingens reperitur numerus; ſed haud conſultum eſſe duco, tempus hiſce terere: cùm Nomina illa apud plurimos Auctores, qui de Globis ſcripſerunt, inveniantur; inprimis in Globis majoribus Blaevii, in Alſtedii Encyclopædiâ, & quidem in Uranometriâ Parte I, Capit. 13, pag. 985; apud Ricciolum, Goldemayerum, in Bartſchii Planiſphærio, in Atlante Cœleſti Andreæ Cellarii, nec non apud alios, quorum

Cur Auctor de diverſis Siderum nominibus prolixè agere noluerit.

Auctor magis de Rebus, quàm Verbis est solicitus.

rum major cura est, de nominibus agere; at verò ego magis sum de ipsis Rebus, quò vera & genuina loca Fixarum proferam, quàm de Verbis, Stellarumque nominibus solicitus. Qui verò diversa Stellarum atq; Siderum nomina desiderat, quærat ea suo loco apud dictos Auctores, mihi sufficit, pro Catalogo nostro construendo, uno nomine plurimùm usitato, & Asterismos & Stellas omnes notare: Exempl. gr. duodecim illa Sidera Zodiaci nuncupo Arietem, Taurum, Geminos &c, non attento, quòd Aries nonnunquam etiam Vervex, Chrysomalus, Jupiter Ammon, Krios, Arabib. Elhemal, & Elhamel &c. vocetur. Nam si universa nomina omnium Stellarum Tabulis Nostris Uranographicis inserere debuissem, profectò, chartam nimis maculassem ac onerassem.

Auctor uno solo nomine Astra distinxit.

Cur Auctor Sidera novata & non aliter denominaverit, atque eo, & non alio loco reposuerit.

Hâc occasione datâ, breviter etiam indicabo, quare Sidera mea nova, à me primitùs in Cœlum relata, sic & non aliter denominaverim, eaque hoc Cœli loco, & non alio constituerim. Et primò quidem, Canes Venaticos, utpote Asterionem & Charam, eâ ratione post Ursam Majorem, & sub ejus caudam reposui. Quippe Bootes pro Clamatore, Vociferatore & Venatore accipitur, qui Ursam in Venatione insectatur; hinc etiam brachium, manumq; attollit, atque sic vociferando Canes funales suos alacriter dimittit: haud potui igitur Canibus his Venaticis commodiorem locum asignare. Constant duabus Stellis informibus, sub Caudâ Ursæ Majoris existentibus, Veteribus jam olim cognitis, atque ex 21 Stellis planè novis antehac nunquam adhuc à quopiam observatis. Nomen Asterionis mihi perplacuit; cùm in corpore suo quasi diversas referat Stellulas, atque nomen illius, Poetis optimè sit cognitum. Asterionis sociam, Charam appellavi, quòd fortè Booti, more Venaticorum, Canis illa fœmina, ob celeriorem ejus cursum, fuerit admodùm grata & chara.

Cur Canibus Venaticis locus sub Caudâ Ursæ Majoris fuerit asignatus.

De loco Lacertæ sive Stellionis.

Secundò, Lacertam sive Stellionem, quam inter Andromedam, & Cygnum reposui, eam ob causam elegi, quòd ibidem in tali angusto loco magnum aliquod animal consistere minimè posset, etiamsi decem lucidissimis Stellulis, Spatium istud esset refertum: adhæc, ut Autores volunt, sit animalculum versicolor, quasi plurimis Stellulis exornatum; id quod Nostro animalculo Cœlesti omnium optimè convenit.

Cur Leo minor eo in loco repositus fuerit.

Tertiò, ex Stellis illis partim 9 informibus, & partim 9 novis à me observatis, inter Ursam Majorem ac Leonem Majorem obviis, Minorem & Juniorem construxi Leonem; ne Astrologorum præsertim circulos, conceptus, sive Regulas nimiùm turbarem (quippe Ursam & Leonem pro Æstuosissimis, & ferocissimis animalibus habent) volui ejusdem naturæ quoddam animal ibidem collocare, ut pariter Stellæ istæ inter Ursam & Leonem sitæ, ejusdem etiam naturam Ursæ & Leonis jure retinere possent.

De Loco Lyncis.

Quartò, Lyncem, quem inter Ursam Majorem, & Aurigam supra Geminos rejeci, ubi in Globis vacuum reperitur spatium, & plerumque Dedicatione, & Inscriptione repletur, ibidem 19 Stellulas detexi, non quidem Telescopio aliquo, sed nudo oculo benè visibiles, prout etiam omnes nudo oculo, nudisque dioptris, Majoribus Instrumentis observavi; & sunt

& ſunt ſextæ, & quintæ tantùm magnitudinis. Si quis autem eas exactè & debitè contemplari, examinare, atque Organis rimari velit, profectò non ſit myops, ſed viſu polleat, ut res è longinquo benè diſcernere valeat. Proinde Lyncem ibidem conſtitui, quòd nemo non neceſſariò ſit Lynceus, vel oculos habeat Lynceos.

Qui Lyncem contemplari velit, oportet, ut ſit Lynceus.

Quintò; Uraniæ Sextantem 12 planè novis Stellis exornatum, in perpetuum Rerum Cœleſtium memoriam, intra Aſtra referre placuit; quòd videlicet Vulcanus eundem Uraniæ, in maximum commodum Aſtronomiæ fabricaſſet, ac ingeniosè elaboraſſet; ut illius beneficio denuò Fixas obſervaret, corrigeret, plurimisq; novis hactenùs incognitis adaugeret; huncque etiam dictæ Uraniæ absq; remorâ, & omni injectâ moleſtiâ ab Anno quinquageſimo octavo, menſe 27 Septembr. ad annum 1679, 26. Sept. (donec obſervationes omnes, ad conſtruendum novum Fixarum Catalogum ſummè neceſſarias, affatim ex Cœlo acquiſiviſſet) reliquerit; atque tum demum, ſed neſcio, quo malo & irato animo, per immane quoddam incendium, illum ſecum rursùs abſtulerit, ac magnâ vi Uraniæ eripuerit. Quòd autem dictum Uraniæ Sextantem inter Leonem Majorem, & Hydram referre voluerim, non ex eo accidit, quòd ſitus ſit convenientisſimus, novis Stellis refertus; ſed eam ob cauſam, quòd Leo & Hydra animalia ſint ferè ignea, atque hic Sextans (ut cum Aſtrologis loquar) igneæ omninò etiam videatur Conſtellationis. Nam profectò igneos cruciatus, à nefandis illis ignibus, cùm Vulcanus eum ſecum abduxerit, ſine dubio paſſus eſt.

Auctor cur Uraniæ Sextantem inter Sidera reponere voluerit.

Sextò; Scutum quod attinet, prægnantibus ex Rationibus ad Firmamentum usque inter Aſtra evexi, in perpetuam nimirùm Memoriam Auguſtisſimi Noſtri Regis ac Domini, Domini JOHANNIS III. Regis Poloniarum, ob immenſa Ejus Merita, Heroicas Animi Dotes, Magnanimitatem, & ob Res ſtrenuè, ac fortiter geſtas, non ſolùm in Regno Poloniæ, ſed etiam in Imperio Romano, imò in maximum commodum, & incrementum totius Chriſtianæ Religionis. Dum ſuo Regno, cum toto Exercitu Polonico egreſſus, Urbem Viennam, Sedem Romani Imperatoris, à crudeliſsimâ Obſidione Ottomannicâ gloriosè liberavit, totam Cohortem Barbarorum in fugam profligavit, ac funditùs proſtravit, ſicque magnam partem Eorum, qui pro fide Chriſtianâ militant, à Jugo Mahometis, & Antichriſti rursùs è ſervitute expedivit, atque in libertatem vindicavit. Et cùm dictus Rex meus longè Clementisſimus, tanquam Magnus & Incomparabilis Heros, pro Fide Chriſtianorum militaverit, atque Inſignia Ejus ac Prædeceſſorum, Scutum re omni nudatum ac vacuum præ ſe ferant: idcircò eo ipſo Cœli loco collocare volui, ac debui, quò totam illam Heroicam Hiſtoriam omnimodè, & nativo colore depingerem ac exprimerem. Imò lubens fateor (de quo Altisſimo ſummas ago grates) rem hanc adeò feliciter ſucceſsiſſe, ut nunquam feliciùs, & convenientiùs potuiſſet, nec ullum unquam alium locum in toto Firmamento adeſſe, ubi res hæc pleniùs, cum omnibus circumſtantiis elucidari

Scutum Sobieſcianum meritò inter Aſtra lucet.

Merita Auguſtiſsimi Noſtri Regis.

Quare ad Aquilam Scutum illud repositum fuerit.

dari, atque explicari queat, etiamsi Ingeniosissimus Poeta eum in cerebro primùm finxisset. Reposui autem primò Scutum istud prope Aquilam, inter Antinoum & Serpentarium, supra Sagittarium, inter Aquilam videlicet & Serpentarium, haud procul à Capricorno. Secundò, scias velim, Benevole Lector, Scutum hocce ex septem lucidissimis Stellis, partim quartæ magnitudinis constare; Earum quatuor in hujus Scuti limbo consistunt, quæ quatuor illos Serenissimi Nostri Regis Principes, qui eo tempore adhuc omnes erant in vivis, referunt: in Scuti medio, cùm hactenùs planè vacuum extiterit, crucem designavi, eo fine, ut æternæ esset memoriæ, hocce Scutum pro Fide Christianâ felicissimè militasse: in quâ cruce tres notabiles Stellæ emicant, quarum una Ipsam Suam Regiam Majestatem, altera Reginalem Majestatem, & tertia unicam filiam Principissam indigitat; sic ut hæ septem Stellæ totam Familiam Regiam repræsentent. Adhæc Cœlestis Nostra Aquila, jure potest adumbrare, tam Aquilam Polonicam, quàm Teutonicam, quòd utrumque Imperium in Suis Insigniis Aquilam etiam exhibeat. Sub Sagittario, ut cum Astrologis loquar, Dalmatia, Schlavonia, Ungaria, Arabia Felix, & inter alias Urbes, Buda subjacet. Sub Capricorno, Macedonia, Illyrides, Thracia, Bosfina, Albania, Bulgaria, & Græcia subsunt; adeò ut utrumque hocce Sidus omnes has Gentes quasi repræsentet. Atque ita Scutum hocce Sobiescianum, pro defensione tam Polonorum quàm Germanorum, contra omnes hos Barbaros ac Thraces se sistit intrepidè. Et ut paucis dicam, Scutum hocce pugnavit strenuè pro Christianis, & in specie pro Regno Poloniæ, simul etiam pro Imperio Romano; atque Pugna eò felicior extitit, quòd Cœlestis Aquila Antinoum, qui hactenùs semper inermis extitit, armis Polonicis, hoc est arcu & Sagittâ instruxerit, Eumque ducat contra Capricornum, hoc est Thraciam, Ejusque Gentes pugnandum. Iste arcus cum Sagittâ (quod notes velim) ex sex lucidissimis Stellulis constat, hucusque nunquam adhuc debitè observatis, quarum tres quartæ sunt magnitudinis, prout ex nostro Catalogo Fixarum patet. Adeò (iterum iterumq; dico) ut nullibi meliùs, & convenientiùs, quàm hoc Cœli loco collocari potuerit. Quibus DEUM O. M. animitùs veneror, ut Scutum istud Sobiescianum in hocce Globo Terreno, tam diu vigeat, floreat, firmiterq; subsistat, quàm diu Stellæ istæ, Scutum Cœleste referentes, splendentes & micantes se Generi Humano exhibeant; in DEI Gloriam, Regni Polonici, Regiæque Familiæ maximum incrementum, tum Subditorum, Reiq;, Literariæ grande Solatium: inprimis quò Urania mea miserrima & afflicta, ex Vulcani summâ Sævitiâ ac Clade illâ ingemiscendâ, omnibus viribus & facultatibus prorsùs exuta, rursùs Regiæ Majestatis, Clementiæ Benignissimis & Munificentissimis radiis refocillari, & erigi non nequeat, & porrò Divinâ affulgente ope, ut hactenùs, ad enarrandam Dei Gloriam, & promovendum Siderale Studium, quoad Altissimo visum fuerit, quales quales ingenii sui vires alacriter impendere & consecrare.

Scutum Sobiescianum ex septem constat Stellis.

Cur in Scuti medio crux fuerit apposita.

Crux tribus clarissimis Stellis fulget.

Quid Aquila, Sagittarius, & Capricornus significent.

Scutum pro Fide & Libertate Christianorum pugnavit.

Antinous Arcu & Telo armatus.

Arcus & Sagitta ex novis prorsùs Stellis constat.

Votum Auctoris ratione Scuti.

Auctor quoq; exoptat, ut afflicta Urania rursùs refocilletur.

Cæterùm;

Cæterùm; Triangulum minus, quod ex tribus novis Stellulis conſtat, etiam ex numero novorum meorum Siderum eſt; haud potuit ferè aliter denominari: cùm ſub altero Triangulo majori, & ſupra Caput Arietis ſplendeat. *Triangulum Minus.*

Ex Stellis autem iſtis, quæ inter Aquilam & Lyram, ſub Cygno, haud procul à Cerbero, horribili illo & voraci animali, vel à Cane infernali Tricipiti (prout Poetæ fabulantur) videntur, numero 27, nimirùm cum unâ olim jam cognitâ, & 26 novis meis à me ſolummodò obſervatis, ſimul cum illâ planè novâ, quæ Anno primùm 1672 apparuit, ac per biennium in Cœlo fulſit, volui Vulpeculam cum Anſere, in ſpatio Cœli benè apto, & quidem tale animalculum quod admodùm Aſtutum, vorax, & furax eſt, reponere. Attento, quòd Aquila & Lyra ejusdem ſint naturæ; nimirùm rapaces & edaces: ne non & hæ Stellæ in Vulpeculâ, cum illis in Aquilâ & Lyrâ conſtitutis, eandem conſervent naturam. Dicta hæc Vulpecula, furto ſurripuit Anſerem, quam in ore gerens veloci curſu ad Cerberum, Tricipitem nempe illum Canem infernalem voracem deportat, quò Jentaculum & ſolatium quaſi habeat, antequam ab Hercule clavam jam exporrigente, occidatur. Sic ut hæc Vulpecula cum Anſere, etiam juxta fabulas Poetarum, & Aſtrologorum Regulas, convenienter hoc loco reponi à me potuerit. Haud minùs benè factum, quòd Herculi, Cerberum ſiniſtrâ manu tenendum tradiderim. *Cur Vulpecula cum Anſere eo in loco fuerit rejecta.* *De Cerbero.*

Deniqúe quòd ultimum & duodecimum Sidus recens noſtrum, Montem nempe Mœnalem, ſub pedibus Bootis rejicere voluerim, ex eo accidit, quòd dictus Bootes (uti Poetæ fabulantur) in hoc Monte ſubſtiterit: in quo non ſolùm vidi aliquando, vel Tubulo plurimas Stellulas deprehendi (id quod etiam Ruſticis eſt facillimum) ſed eas debitè & accuratè majoribus idoneis Inſtrumentis quoque obſervavi, jam Anno 1660, ac in Catalogum noſtrum retuli, quod ſanè à nemine adhuc præſtitum, ſi vera loqui liceat: hinc etiam nomina illis Stellis imponendi facultas mihi ſoli competit, prout eo ſtatim tempore etiam præſtiti. Quæ modò ſufficiant, cur hocce vel illud Sidus tali nomine, & non alio denominaverim, vel hoc loco, non eo collocaverim. Nunc promiſſam illam Tabulam, quæ Numerum Stellarum, tàm à Veteribus, quàm à me primùm obſervatarum, nec non cujusvis Aſterismi peculiares novos meos Characteres exhibet, hìc apponam. *De Monte Mœnali.* *Quando Auctor Stellas illas circa Montem Mœnalem obſervaverit.*

TABULA.

Cujus Prima Columella, Nomina & Numerum Aſterismorum; Secunda, Numerum Fixarum à Prædeceſſoribus obſervatarum; Tertia, Numerum Fixarum novarum IH; & Quarta Columella Signa Aſterismorum omnium exhibet. *Quid quælibet Columella exhibeat.*

Nomina & Numerus Asterismorum.	*Numerus Fixarum Veterum*	*Numerus Fix. Novar. IH.*	*Signa Asterismorum.*
Andromeda	22	24	
Antinous	7	12	
Aquarius	42	6	
Aquila	12	11	
Aries	21	7	
Auriga	27	13	
Bootes cum Mon.	26	26	
Cancer (Mœn.	17	12	
Canis Major	16	5	
Canis Minor	3	10	
Canes Venatici	2		
Asterion &	0	11	
Chara	0	10	
Camelopardalus	0	32	
Capricornus	27	2	
Cassiopeja	27	11	
Cepheus	11	40	
Cerberus	0	4	
Cetus	22	23	
Coma Berenices	14	7	
Corona Bor.	8	0	
Corvus	7	1	
Crater	8	2	
Cygnus	26	21	
Delphinus	8	4	
Draco	32	8	
Equuleus	4	2	
Eridanus	26	1	
Gemini	29	9	

Nomina & Numerus Asterismorum.	*Numerus Fixarum Veterum*	*Numerus Fix. Novar. IH.*	*Signa Asterismorum.*
Hercules	29	16	
Hydra	25	6	
Lacerta vel Stell.	0	10	
Leo Major	36	10	
Leo Minor	9	9	
Lepus	13	3	
Libra	14	6	
Lynx, seu Tigris	0	19	
Lyra	12	5	
Monoceros	13	6	
Navis	4	0	
Orion	52	10	
Pegasus	22	15	
Perseus	28	18	
Pisces	38	1	
Sagitta	5	0	
Sagittarius	20	2	
Scorpius	13	7	
Serpens	16	4	
Serpentarius	22	27	
Scutum Sobiesc.	0	7	
Sextans Uraniæ	0	12	
Taurus	45	7	
Triangulum Maj.	4	5	
Triangulum Min.	0	3	
Virgo	39	11	
Ursa Major	36	37	
Ursa Minor	9	3	
Vulpecula	2	25	
Totus Numerus	950	603	

Nomina

Nomina & Numerus Asterismorum.	*Numerus Fixarum*		*Signa Asterismorum*	*Nomina & Numerus Asterismorum.*	*Numerus Fixarum*		*Signa Asterismorum.*
Stellæ ab Hallejo observatæ.				*Stellæ ab Hallejo & partim à Keppl. observatæ.*			
Columba Noachi	10			Chamæleon	10		Cm
Argo Navis	46			TriangulumAust.	5		△a
Robur Carolin.	12			Piscis volans	8		Hv
Centaurus	35			Dorado seuXiph.	6		Xl
Lupus	17			Anser American. seu Toucan.	9		Tc
Ara seu Thurib.	9			Hydrus	10		Hds
Corona Austral.	12		◎a	Piscis Austrinus	17		Ha
Grus	13		Grs	Indus	12		Id
Phœnix	13		Phx	Et in ♏, ♐, Eridano, Cane Maj. & Argo Navi	94		
Pavo	14			Remanent	335		
Apus seu Av. Ind.	11			*Si Piscem Austrinum, Indum & nonnullas Stellas Keppleri excipias, aliàs sit numerus 367.*			
Musca seu Apis	4		Mc				

Ex quâ nunc liquet Tabulâ, quòd Stellarum ab Antecessoribus Nostris sint 950; earum verò Novarum à me observatarum 603, & ab Hallejo circa Polum Antarcticum in Insulâ Helenæ denuò Correctarum in istis 23 Sideribus 335, cum illis 94 in Scorpione, Sagittario, Eridano, in Cane Majore & Argo Navi (in quibus Asterismis ille 94 plures, quàm ego in Nostro Horizonte, potuit deprehendere:) sic ut totus Fixarum Numerus sit in Nostro Novo Catalogo, quoad Longitudines, Latitudines, Asc. Rectas & Declinationes exhibitarum 1888; Si verò Keppleri suprà dictas Stellas adjicias, excrescit totus Nostri Catalogi numerus Stellarum ad 1920. Atque sic abundè etiam diximus de Numero Fixarum Stellarum, de iis nempe Stellis, quæ nudis oculis, Instrumentis Idoneis, à paucis quibusdam Prædecessoribus Nostris, & me sunt ritè observatæ. *Numerus Stellarum Antecessorum, & Auctoris, nec non Halleji.*

Reliquarum verò Stellarum nudo oculo invisibilium, & solummodò Telescopiorum beneficio deprehensibilium, sunt profectò innumerabiles, non solùm in viâ Lacteâ, & inter Sidera informium, sed undiq; in toto Cœlo, nec non in ipsis Asterismis; sicuti quilibet, vel minimo Tubo optico experiri potest: quò tamen præstantiorem & longiorem adhibuerit, eò distinctiùs & plures diversissimæ magnitudinis cognoscet. Quas autem omnes in universum delineare, nedum sub certum numerum in Catalogum quendam referre, non est in cujuspiam hominis potestate; nec adeò *Stellæ quæ solummodò Telescopiis videri possunt, innumerabiles sunt.* *Atque ita in certum Catalogum referri haud possunt.*

a ¹eò est necessarium, quàm illarum loca rectè scire, quæ nudo oculo deprehenduntur, quarum scilicet Longitudines, Latitudines, Asc. Rectæ, & Declinationes circa Occultationes & Transitus tum in Apparitionibus Cometarum omnimodè requiruntur, & in maximam Rei Astronomicæ cedunt utilitatem.

De diversis Stellarum magnitudinibus.

Postquam igitur breviter, quoad fieri potuit de Fixarum numero egimus, opus etiam est, ut de illarum diversâ magnitudine apparente, nonnulla benè notanda proferamus. Nam certo certius est, prout etiam nemo non rudissimorum hominum, si vel semel Cœlum tantummodò adspexerit, ultrò agnoscet, Stellas in Firmamento alias præ aliis majores, minores, fulgentiores, obscuriores, albicantiores, obtusiores & rubicundiores, ad Exemplum Planetarum. Patres Nostri, utpote Hipparchus, Ulug Beighi, aliique, diversitatem earum apparentem, in Sex magnitudines, nempe in primam, secundam, tertiam, quartam, quintam & sextam diviserunt; quam distinctionem etiam posteà Princeps Hassiæ aliique retinuerunt: quanquàm Nobil. Tycho differentiam adhuc aliquam adhibuit magnitudinibus apparentibus, adjiciendo nonnunquam quibusdam Stellis unicum vel duo puncta, indicando nimirùm quænam certâ magnitudine majores vel minores aliquantò appareant. Imò in plures adhuc Classes referri possent; sed Siderum Cultores, absque omni utilitate, nimiùm turbarentur. Quapropter acquievi cum illis 6 magnitudinibus apparentibus; nihilominùs tamen quamlibet Stellam Catalogo meo adscriptam accuratè examinavi, an etiam omninò talem magnitudinem referret, qualem Tycho, vel Veterum aliquis ei attribuerit. Verùm in pluribus magnam diversitatem deprehendi: & ut hâc vice solummodò unius Stellæ mentionem faciam, nimirùm Lucidæ Aquilæ, cujus magnitudinem tàm Veteres, quàm Tycho ipse, non nisi Secundæ esse determinârunt; at ego verò (ut omnes mihi adstipulabuntur, qui Cœlum aliquantò penitiùs adspicient) quòd jure primæ magnitudinis modò esse possit: cùm non solùm multò major, ac clarior, quàm Marcab, & Scheat Pegasi existat, quæ ad secundum ordinem referuntur; sed etiam Palilicio meritò æqualis æstimetur, & claritate multò splendidior.

Astronomi plerique Stellas in sex Classes retulerunt.

Tycho aliquid ampliùs magnitudinibus addidit.

Auctor sex illas magnitudines retinuit.

Auctor Stellarum Magnitudines diligenter examinavit.

Auctor in quibusdam Stellis magnam diversitatem detexit.

Lucida Aquilæ nunc jure inter Stellas primi honoris referenda.

Quòd autem hocce ex incuriâ Veterum, imò ex Tychonis ipsius negligentiâ, vel hebetiori visu acciderit, illos non accuratè satis eam dijudicasse, & determinasse, profectò nunquam mihi imaginari possum, tum nefas esse duco, tale quidpiam statuere. Concedo quidem ultrò Antecessores ob defectum idoneorum Instrumentorum, & rationem vetustiorem per Armillas observandi, sæpiùs in locis Stellarum determinandis esse hallucinatos; atverò Prædecessores Nostros non æquè acri visu, & judicio quicquid discernendi præditos fuisse, ut non pariter ac nos nunc distinguere, & dijudicare potuerint, quænam Stellæ essent omninò æquales, majores vel minores, profectò id nunquam mihi imaginari queo; & qui secùs sentit, injuriam crede, illis haud levem infert. In Stellis quidem quintæ & sextæ magnitudinis, largior utique, non neminem posse nonnunquam, ex incuriâ, & nimiâ festinatione hallucinari, sed in Stellis primi ho-

Cur id evenerit quòd nunc major appareat, quàm olim.

Et Veteres acutissimo visu fuerunt præditi.

In discernendis majoribus Stellis vix quisquam facilè aberrat.

mi honoris, quarum tantummodò 14 dantur in toto Cœlo, 10 videlicet circa Polum Arcticum, & 4 circa Polum Antarcticum, adeò longè à vero discedere, hoc mihi absurdissimum videtur: quandoquidem non leviuscula differentia inter illas primæ & secundæ magnitudinis intercedit, adeò ut etiam puerculus, & literarum prorsùs ignarus, id discernere utiq; posset, an binæ quædam Stellæ, sint lumine, & magnitudine, sibi invicem æquales an verò inæquales.

Quænam vera sit ratio, cur Stellæ nonnunquam planè eandem haud semper retineant magnitudinem.

Idcircò, aliam prorsùs causam huic rei subesse penitùs autumo, & non vereor asseverare, ex hujus Stellæ, Lucidæ nempe Aquilæ, aliarumq; diversis affulsionibus (ut mox referam) quòd non perpetuò omnes & singulæ Fixæ, eandem semper magnitudinem retineant; etiamsi Cœlum sit omninò nitidissimum, & defæcatissimum. Nam exempla producam, me, aliosque Cœlum aliquantò oculo accuratiori adspicientes, expertos esse, utpote in Stellâ illâ Novâ, in pectore Cygni, ante pectus dictâ; quæ à primo tempore affulsionis, ab initio scilicet hujus seculi, semper 3 magn. visa est, quam ego ipse vicies, tricies accuratissimè, ab aliis diversis Stellis, majoribus organis observavi, ab Anno nimirùm 1638, ad Annum usq; 1658, & 1659, semper tamen eandem magnitudinem habere comperi; verùm ab Anno 1659, notabiliter decrevit, sic ut Anno 1660, die 31. Oct. ea minor, illâ in collo Cygni 5 magnit. & vix illi æqualis informi sub alâ Cygni præcedenti Australi extiterit. *Anno* 1661 *plus plusq; decreverat; Mense scilicet Julio vix quintæ ampliùs magnitudinis videbatur, Mense Augusto ad exitum Anni* 1661 *usq; vix tantæ magnitudinis deprehensa, quantæ illæ parvulæ quinq; sub illâ novâ in pectore conspicuæ; quæ in Globis quidem & Catalogis Veterum non habentur, in istâ tamen Cœli parte acutiori visu præditis satis distinctè apparent (prout illas etiam observavi, ac Nostro Novo Catalogo inserui) sic ut aliquantò major 6 magnit. nunc ampliùs existat:* Prout legere est in meo Mercurio in Sole viso, pag. 169 & 170. Hæc eadem Stella, quæ Anno 1661, & 1662 planè evanuit, ut nudo oculo haud ampliùs deprehendi inter cæteras Stellas potuerit, elapso verò quinquennio, Anno videlicet 1666, die 24 Sept. illam rursùs oculo inermi, primâ vice animadverti, (quanquam eo tempore admodùm parvula, & obscura extiterit, ut vix Stellis sextæ vel septimæ magnitudinis æquipararetur) eundem tamen Cœli locum firmiter ac præcisè retinentem; ut ex literis meis ad Cl. Bullialdum, Cl. Oldenburgium Reg. Societ. Ang. Secretarium, item ex literis ad Franc. Payen Anno 1666, die 29. Octobris datis luculenter constat.

Nova illa in Pectore Cygni mirè variata.

Prout in Mercurio Auctoris fusè commonstratur.

Dicta Stella prorsùs evanuit, ac iterùm rediit.

Sed eodem plane loco, quo ab initio fulsit.

De mutatione Stellæ in effusione Aquæ Aquarii.

Secundò, Stella illâ in effusione Aquæ Aquarii, quæ Prædecessoribus, etiam Tychoni fuit quartæ semper magnit., nec non mihi Anno 1660, die 24. Octobr. & Anno 1661, die 16 Septemb., cùm illam per distantias rimarer, planè tantæ magnitudinis visa est. Deinde verò, cùm nonnullarum Stellarum magnitudines explorarem, atque examinarem, Anno scilicet 1676, die 5. Octobr., luculenter deprehendi, vix quintæ, imò sextæ magn. Stellis annumerari posse, prout etiam adhuc hoc tempore ferè eâdem facie apparet. Ejus generis fortè adhuc plures, quæ apparentiam suam

immutârunt, ſi ſcrupulosè totum Cœlum permeare conſtituiſſem, atque his diutiùs immorari vellem, detegerentur.

Novæ Stellæ quotquot fuerunt, magnitudinem ſuam immutârunt.

Tertiò; vix ulla nova Stella unquam affulſit, quantum memoriæ proditum, quæ diverſo tempore non diversâ apparuerit magnitudine. Illa, quæ Tychonis tempore Anno 1572, Menſe Novembr. primùm emicuit, & ad Annum 1574, Menſ. Martium. per 16 Menſes usque luxit; initiò Major Caniculâ, Lyrâ, imò Jove, & ipsâ Venere extitit; poſtmodùm verò paulatim decrevit ad 5 & 6 Magnitudinem, donec circa ultimum Martii ſeſe oculis penitùs ſubduxerit: ſicuti apud Tychonem Lib. I. de novâ Stellâ pag. 297. & ſeq. patet. Quæ ſimul decreſcendo colores ſenſim immutavit: quemadmodùm in omnibus novis, quæ ab eo tempore prodierunt, eſt deprehenſum.

De novâ Stellâ in Collo Ceti.

Nova illa in Collo Ceti, quâ ratione quotannis ferè magnitudinem ſuam immutet, Singulis Annis diſpareat, ac rursùs prodeat, ſed non ſemper eodem prorsùs tempore, tum per quatuor integros Annos planè delituerit, ea omnia ex Noſtrâ Hiſtoriâ, Mercurio meo annexâ, tum ex meo Anno Climacterico abundè patent.

Stella nova ſub Capite Cygni.

Pariter illa nova, ſub Capite Cygni, ſeu potiùs in Aure ſiniſtrâ Vulpeculæ, uti in Catalogo meo denominatur, cùm primùm Anno 1670, Menſe Julio ſub adſpectum prodiret, tertiæ magnitudinis extitit, brevi autem poſt, adeò diminuta, ut Anno 1671, die 23 Auguſti penitùs ſit extincta. Sed proximo Anno 1672, die 8 Martii rurſùs affulſit, initiò inſtar minutisſimæ alicujus Stellulæ; deinde verò ad tertiam magnitudinem crevit, ac poſteà denuò ſenſim imminuta, ſic ut alterâ vice Anno 1672, die 25 Septembr. penitùs evanuerit, ut ab eo tempore nunquam à quopiam ſit conſpecta: ſicut ex Mach. Meâ Cœleſti, ac Epiſtolâ ad Oldenburgium elucet. Exinde luce clariùs eſt manifeſtum, ac negari neutiquam poteſt, Stellas Fixas nonnunquam immutari, nec non reverà immutatas, uti percepiſti, ſæpiùs eſſe. Id quod certè admiratione dignum, imò Peripateticis planè incredibile & abſurdisſimum videbitur; nihilominùs tamen res eſt verisſima, atque certisſima.

Nonnullas Stellas reverà immutatas eſſe.

Memoratu dignum quòd nonnullæ Stellæ ex Cœlo planè evanuerint ad hunc usq; diem

Præterea majoris momenti adhuc quædam hoc loco proferam, de quibus ſanè haud parùm ipſe miror, & longè altiora mihi videntur: Nimirùm, quod quinque diverſæ Stellæ, ſextæ, quintæ & quartæ magnit. penitùs in Cœlo evanuerint; ita ut eas nunquam, utut ſummo Studio, dataque operâ, curiosè, diverſisſimis vicibus illas quæſiverim, ne veſtigium tamen aliquod reperire potuerim, nec imaginari mihi queo, vel ullum aliquem alium, eas modò detecturum: licet ab ipſo Tychone, & Ulug Beighi, ſecundùm Longitudinem & Latitudinem obſervatæ ſint, teſte Noſtro Catalogo. Prima earum extitit, in ſiniſtro femore Aquarii, cujus Longitudo, juxta Tychonem 0° 31′ 0″ ♓ & Latit. 5° 40′ 0″ Auſtr. Altera vocatur, Contigua in Caudâ ♑ præcedens, cujus Longitudo Tychoni eſt 21° 7′ 0″ ♒, Latit 0° 10′ 0″ A. Tertia in Ceto extitit, appellata Secunda Ventris, cujus Long. 15° 55′ 30″ ♈, & Latit. 21° 55′ 0″ Auſtr.

Quænam illæ fuerint.

Quarta

Quarta Stella nominata, post Lances informium prima, ejus Longit. est 23° 2′ 0″ ♏, Latit. 0° 2′ 30″ Bor.

Quibus nunc puto, me abundè affatim demonstrasse, nonnullas Fixas non omni tempore eâdem apparere magnitudine; sed nonnunquam crescere, rursùs decrescere, & nonnullas etiam à Veteribus benè observatas, penitùs disparuisse, & nunquam ad hæc nostra usque tempora ampliùs in conspectum prodiisse: id quod oculariter commonstrandum, ac demonstrandum mihi proposueram. *Auctor sibi persuadet Stellarum mutabilitatem abundè esse demonstratam.*

Denique, priusquam hocce caput finiam, è re esse videtur nonnulla benè notanda hîc subjicere, quæ ipsemet debitè annotavi, cùm Fixarum magnitudines inquirerem; sine dubio Posteritati ansam dabunt, plurimumq; inservire poterunt: an hæc vel illa Stella post plurimos Annos, eâdem prorsùs permanserit magnitudine, & fulgore, vel an, & in quantum creverit, vel decreverit? Quarum observationes multò plures in promptu habebam, sed eheu! ferale illud incendium, maximam earum partem mihi abstulit; sic ut nonnisi sequentia ex foliolis corraserim. *Maximè notanda in quibusdam Stellis, ex Observatione Auctoris.*

Primò, Anno 1676, die 5 Octob. Os Pegasi major, quàm Humeri Aquarii extitit, vix aliquantò minor, quàm Marcab & Scheat. *Quarundam Stellarum magnitudines Anno 1676 ab Auctore annotatæ.*

2. Humeros Aquarii paulò minores deprehendi, quàm Lucidam Colli Pegasi.

3. Lucida Colli Pegasi major nobis visa, quàm tres illæ in manu Aquarii.

4. Os, Marcab, & Scheat Pegasi ferè æquales videbantur; at Lucida Aquilæ longè major, & clarior etiam quàm Caput Andromedæ; ideoque jure primæ magnit. esse meretur, æquatur ferè Palilicio. *Discrepantia inter nonnullas Fixas.*

5. Dextrum genu Pegasi, paulò minor extitit, quàm Marcab & Scheat.

6. Cauda Capricorni sequens, ferè major videbatur, quàm Humeri Aquarii, & minor paulò, quàm Os Pegasi.

7. Cauda Capricorni præcedens, multò minor, quàm sequens notata; sic ut præcedens tantummodò sit quartæ magnitudinis.

8. Humerus dexter Orionis, major Palilicio: Anno videlicet 1682, die 5 Martii. *Differentia inter dextrum Humerum Orionis & Palilicium Anno 1682.*

9. Oculus Boreus Tauri longè minor, quàm Cornu Austrinum.

10. Algol Medusæ, ferè ejusdem magnitudinis reperta est, cum latere dextro Persei, & cum Humero dextro Aurigæ; major verò, sinistro pede Aurigæ.

11. Stella Polaris paulò major illâ in Humero Ursæ Minoris. *Ratio ad se invicem aliarum quarundam Stellarum.*

12. In posteriori pede Leporis, ambæ illæ vix tantæ sunt magnit. quantæ illa ad oculum Leporis.

13. Vertex Draconis haud minor est Polari, hoc est, secundæ magnit.

14. Quatuor illæ informes, sub dextro pede Aurigæ, longè sunt minores, quàm Hœdi: ergo neutiquam sunt quartæ magnitudinis.

15. In Comâ Berenices, omnes longè minores videntur, quàm illæ in Capite Virginis: ergo non sunt quartæ, sed tantummodò quintæ magnit. *Stellæ in Comâ Berenices, & in Coronâ, quantæ sint magnitud.*

16. In Coronâ omnes longè ſunt majores, & Lucidiores, quàm in Comâ Berenices.

Si ejus generis Obſervationes à Succeſſoribus impetrentur, Poſteritati cedent in magnum emolumentum.

Si quis Siderum, aliis negotiis non adeò obrutus, tales obſervationes plures annotaret, non dubito ſanè, quin Seræ Poſteritati in maximum cederent emolumentum: quò tandem magis magisq; eluceſceret, Stellas non perpetuò eandem ſervare Magnitudinem, & Splendorem, tum nonnunquam aliam atque aliam ex Cœlo penitùs evaneſcere.

CAPUT IX.

De utroque Noſtro Catalogo, Majori & Minori.

Duos diſtinctos Catalogos Auctor Aſtrophilis exhibet.

Oſtremò, ut ad Catalogum Noſtrum ipſum accedamus, & ad ea, quæ in anteceſſum notari meritò debent. Sciendum primò, me duos planè diſtinctos Catalogos, Benigno Aſtrophilo, totique Poſteritati in ſingularem uſum, in hocce meo Aſtronomiæ Prodromo exhibuiſſe; non quidem omninò diverſos, quoad Loca Stellarum, nequaquam! ſed ex eo diſtingvuntur, quòd prior & major computatus ſit ad Annum completum 1660, alter verò minor ad Annum brevi futurum 1700: pro communi uſu, & pro Globis & Noſtrâ Uranographiâ delineandis, maximè utilis. Id quod etiam à Nob. Tychone factum, qui, licet Obſervationes ſuas multò citiùs, nimirùm circa Annum 1570, & 1580 expediviſſet; nihilominùs Catalogum ſuum (uti ex Progymnasmatibus videre eſt) ad Annum 1600 condidit.

In quibus differant.

Cur Auctor Majorem Catalogum ad Annum 1660 direxerit.

Quòd autem Majorem meum Catalogum ad Annum 1660 inſtruere libuerit, ex eo accidit, quòd maximam partem Obſervationum ante, & poſt dictum Annum, debitis & Orichalcicis Inſtrumentis, per 30 & ampliùs Annos, etiam eo tempore plurimas Altitudines Meridianas, pro eruendis Declinationibus expediverim: prout ex Machinæ Noſtræ Cœl. Parte II, eſt manifeſtum; ſic ut non ſolùm promptiùs, per minimam aliquam differentiolam motûs Declinationis, ad illum Annum 1660, ſed etiam aliorum Auctorum Fixarum Loca reducere potuerim. Nam in illo Majori Catalogo, non tantùm Loca Fixarum mea, ſecundùm Longitudinem, Latit. Aſc. Rectam, & Declinationem, ſed pariter aliorum Auctorum Loca, utpote Nob. Tychonis, Principis Haſſiæ, Riccioli, Ulug Beighi, & Ptolomæi, utut tantummodò juxta Longitudinem & Latitudinem exhibui: ne non Veritas, & Diſcrepantia inter tot Auctores, eò clariùs, ſub uno quaſi intuitu eluceſceret, earum ſublimium, & maximè momentanearum rerum, de quibus ferè tota Salus dependet Aſtronomiæ. Quandoquidem absq; accuratiori, & correctiori aliquo Catalogo, nihil ferè quicquam in Studio Cœleſti ſuſcipi, & peragi licet. Poteris igitur facil-

Major Catalogus non ſolùm Auctoris Loca Fixarum, ſed etiam aliorum quorundam Aſtronomorum exhibet.

Ex Majori Catalogo protinùs apparet diſcrepantia Auctorum.

facillimo negotio deprehendere, in quibus Auctores inter se conveniant, & in quibus discrepent, non solùm in integris gradibus, sed etiam in minutis primis, imò secundis: quò cuilibet, in observationibus benè exercitato, & Instrumentis majoribus instructo, integrum sit, in Stellas illas erroneas inquirere, quisnam videlicet nostrûm rectiùs eas rimatus sit, ac propiùs ad metam accedat. Si enim illorum Auctorum Catalogi, ad diversa Secula edita non ad eundem Mundi Annum fuissent à me reducta, nunquam sanè discrepantiam Fixarum adeò accuratè cognoscere potuissemus. Exinde hactenùs haud fuit adhuc exploratum, in quantum Auctores, in hâc vel illâ Stellâ ab invicem discedant. Quippe tœdiosissimum foret, tot ac tot volumina priùs evolvere, tum primùm cujusvis Auctoris Loca, ad unum eundemque annum reducere; inprimis si nondum planè certi simus, quid & quot gradus & minuta Longitudinibus cujusvis Auctoris addi, vel subtrahi debeant: at Latitudines discernere, longè facilius: nam omni tempore permanent eædem, si nullam Eclipticæ mutationem statuas.

Nondum hactenùs fuit exploratum, in quantum Auctores ab invicem discedant.

Idcircò, antequam id ipsum ad effectum deduxeram, haud ipsemet scire potui, quàm maximè id etiam optassem, quanta intercederet differentia, inter cujusvis Stellæ Longitudinem & Latitudinem, hujus vel illius Auctoris, tum etiam meas. Profectò, ultrò mecum fateberis, prout ex sequentibus res clarior evadet, quòd quidem nonnunquam plurimæ Stellæ, exceptis paucissimis minutis, optimè conveniant; verùm maximam Earum partem non rarò enormiter deviare, non solùm ad semissem unius gradûs, sed etiam ad nonnullos integros gradus. Quare utique examinandum curiosè, summaque diligentiâ existimo: quisnam Nostrûm metam, & quàm propè attigerit.

Nonnunquam Loca Fixarum ad integros Gradus exorbitant: idcircò merentur examinari.

Meas, quod attinet, Longitudines & Latitudines, quas primùm exhibeo, tanquam Eas, quæ omnium primò expendi, examinari, atq; ad quotidianum usum inprimis adhiberi debent, fateor ultrò, animadvertens plerasque à Tychonicis, aliorumque Auctorum Locis nimiùm quantum discrepare, me initiò valdè stetisse perplexum, imò attonitum. Nihilominùs tamen spretis his omnibus, in proposito meo, quod adjuvante Divino Numine semel susceperam, constanter perrexi, tam in observando omnium Fixarum diversissimas Distantias inter se ipsas (sic ut nonnullarum Stellarum 100, imò 150 intercapedines acquisiverim) quàm Earum Altitudines ut obtinerem; nullius vestigiis planè insistens, neque ullum pro Directore agnovi, nec ab aliquo me seduci passus sum, quando videlicet observationum mearum, atque calculi, per crebras repetitiones, diversissimâ viâ institutas, omninò certus factus essem; inprimis benè securus (uti ex prioribus patet Capitibus hujus Opusculi) Organa mea, modum observandi, Calculumque instituendi esse certissimum.

Etsi Auctor id animadvertérit, nihilominùs in proposito alacriter perrexit.

Auctor neminem pro Dictatore agnovit.

Scias enim, mi Amice, postquam ex instinctu Præclarissimorum ac Doctissimorum hujus Seculi Virorum tandem decreveram, sublime hocce negotium, cum Deo suscipere, novum nempe condere Fixarum Catalogum; quòd nullius Auctoris (quisquis etiam ille fuerit) observationes, vel

Auctor rem gessit, ac si nullus adhuc Catalogus fuisset à quopiam editus.

fundamenta attenderim, atque ad illorum normam rem meam unicè gesserim; Sed negotium hocce ita suscepi, ac si nullus Catalogus adhuc esset in Rerum Naturâ, nullæ Tabulæ Solares (quæ necessariò requiruntur, & sine quo motu Solari omnimodè correcto, nullus unquam Catalogus potest construi) & ejus generis alia (prout ex præcedentibus patet) atq; sic in antecessum ipsemet priùs omnia requisita, ex ipsis fundamentis, constantissimo, & summo labore, diu noctuque (absit gloriola!) peracto investigavi, & ea quæ tum Divino auxilio inveneram, licet cum nullo Auctore convenirent, prorsùs retinui, & sanctè conservavi. Profectò sincerè affirmare possum, quòd nemini quicquam surripuerim, clanculùm abstulerim, ac ea pro meis vindicaverim, nec ullius Stellæ locum unquam arripuerim, quem addendo vel subtrahendo aliquot minuta correxerim, ut quidem à nonnemine est perpetratum.

Auctor cuilibet sua reliquit, & nemini quicquam abstulit.

Nullius Stellæ locum Auctor in Catalogum retulit, quem non sæpiùs variâ viâ investigaverit.

In Summâ, Benigne Astrosophe, quæcunque Tibi in meo Catalogo, sub meo nomine, sub oculos pono, sunt planè mea propria, & iterum iterumque assevero, me nullius Stellulæ vel minimæ locum in Catalogum retulisse, quem non per diversas Distantias, atque Altitudines Meridianas ipse eruerim: id quod non nudis solummodò verbis meis, & assertionibus credendum, sed abundè demonstratur in Mach. meæ Cœlestis Parte II, Lib. IV, ubi omnium Fixarum Mearum Distantias, secundùm ordinem Alphabeticum invenies, nec non Altitudines quasvis observatas suo loco, dummodò Tibi non sit molestum omnia diligenter evolvere. Adhæc nullius Stellulæ sanè locum Catalogo adscripsi, quem solummodò unâ aut alterâ vice supputaverim, sed plerumque majoris certitudinis gratiâ, diversissimâ viâ pluries Calculo subjeci locum eundem; præprimis deprehendens inter se non omninò convenire, in perscrutando alacriter, absque omni tœdio perstiti, donec nonnulla minimùm exempla Calculi benè inter se convenirent, etsi recentiores Observationes ex Cœlo insuper depromere oportuerit: atque sic certiora ex accuratioribus datis, & ex convenientioribus Triangulis elegi & retinui.

Auctoris Judicium de suo Catalogo.

Errare humanum.

Liberum cuiq; erit Correctiora edere.

Quicquid tamen sit, licet etiam omnia, summâ diligentiâ pro viribus Nostris acquisiverim, scias tamen velim, mi Lector, me nullo modo mihi persuadere, res meas in universum omnes, omnimodè esse correctissimas, ut nunquam à quopiam vel in minimis corrigi, vel addi vel adimi illis queat, absit, absit profectò! optimè novi me hominem esse, & quòd errare sit humanum; id quod etiam omnium prudentissimo, ac perspicacissimo, doctissimoque obvenire potest: nonnunquam cespitamus, & à vero discedimus, in ipsis observationibus, in numeris annotandis, describendis & corrigendis, sæpiùs quoque in peragendo Calculo, & hujus generis aliis rebus. Quocirca, Benigne Astrophile, si hinc inde fortè quidpiam inveneris, quod aliquâ correctione adhuc indigeat, juxta Sententiam Tuam, aliorumque Doctissimorum Virorum (nemo enim sibi soli absolutam infallibilitatem attribuere debet, falli pariter potest) liberum Tibi, si harum rerum benè sis expertus, & exercitatus, aliisq; omnibus esto illa recorrigere; condonate verò humanæ imbecillitati, & cogitate,

tate, si vos ipsi talem immensum laborem triginta, quadraginta, & ampliùs annorum expedivissetis, (quem profectò post Tychonem nemo adhuc penitùs exantlavit, utut quidem alii potuissent multò promptiùs, cùm sumptus, non ex suo solo marsupio, ut mihi incubuit, sed ex Mœcenatum haurire potuerint, & adhuc possint) an adhuc longè correctiùs, imò absque omni errore omnia, non solùm secundùm vestrum, sed quoq; aliorum Doctissimorum Virorum Judicium, in lucem produxissetis. De meis hisce conatibus nihil quicquam ampliùs profero, nisi quòd bonâ intentione omnia susceperim, omni industriâ sincerè & candidè, quousque id fieri à me potuit, atq; DEI Benignitas indulsit, peregerim, nullis sumptibus pepercerim, etiam cum maximo detrimento rerum mearum domesticarum; si fortè præterea, mi Astrophile, invenias, laborem meum non usque adeò fuisse irritum, & minimùm aliquid solidi exhibere, non mihi velim, vel meis viribus id adscribas, sed unicè DEO ter Optimo ter Maximo, Eiq; mecum ex toto pectore agas gratias, quòd me per tot lustra Annorum (76 scilicet annos) salvum & incolumem clementissimè servaverit, vires ingenii ac corporis mei integras conservaverit, quò tales immensos labores, inter tot Occupationes, tam publicas, quàm privatas, curas, sollicitudines, atque anxietates, quæ inprimis tempore illius Calamitosissimi Incendii mihi obvenerunt, (ubi unius aut alterius circiter horæ spatio, opibus ac facultatibus rerum mearum ferè omnium planè fui exutus, ac in miserrimum statum redactus) peragere, ac feliciter quoque, & ex voto meo, etiam in lucem, de quo jam planè desperaveram, proferre haud nequiverim.

Faciliùs alienis sumptibus quicquam peragitur.

Quid Auctor de suis conatibus tantummodò promittere possit.

Si fortè aliquid solidi peregerit Auctor, soli DEO id adscribendum est.

Mirandum quòd Auctor adhuc ea leviuscula inter tot curas & anxietates eousq; expedire potuerit.

Intereà, mi Amice, hicce meus labor, nec Tibi, nec quibusvis aliis obstabit, quò non positis altiora & correctiora, si velitis, ac in Vestrâ sit potestate, adhuc producere. Primùm per me Vobis integrum erit; deinde Cœlum Stellatum, ut mihi, sic etiam Vobis omnimodè patet. Sed unicè rogo, ne id nudis verbis, & gloriosis solummodò sermonibus fiat, ut Momis hoc Nostro Tempore est usitatum: qui sæpiùs gloriantur, se velle, se posse imò quinquagies, sexagies omnia perfectiora reddere. Verùm præstaret, magisq; esset honorificum, ut os eousque obturarent, donec factis ipsis, non verbis tantùm gloriosis, commonstrare possent, res immane quantum accuratiores esse redditas, etiam juxta Judicium Præclarissimorum Virorum.

Auctoris labor nemini obstabit, quò non meliora præstet factis si poterit.

Porrò, quod spectat antecedentem & Majorem Nostrum Fixarum Catalogum, ejusq; ordinem; patet cuilibet, Primam columnam Nomina Stellarum exhibere, Secundam Columellam numeros, quo ordine nimirùm dictæ Stellæ in Catalogo Tychonico inveniantur. Scias enim me planè diversum ordinem observasse, quàm Tycho, Princeps Hassiæ, aliiq; tenuerunt: ego magis consultum esse duxi, ut majores, & insigniores omnium Siderum Stellas, primæ videlicet, secundæ, & tertiæ magnitudinis, semper præponerem, deinde minores, & quidem eâ serie, quâ fieri potuit, vel observatæ fortè à me fuerint, & postremò reliquas, quas ego solus

Ordo majoris Catalogi.

ſolus datâ operâ rimatus ſum, quas novas appello, & hoc Charactere IH notatas (meo ſcilicet nomine) appoſui.

Quid tertia & quarta columella exhibeant.

Tertia columella, magnitudinem cujusvis Stellæ ex mente Tychonis exhibet; & quarta, magnitudinem, quam hoc tempore tenent, & ipſe accurato examine peracto inveni: ex quibus promptè patet, quænam Stellæ eandem adhuc conſtanter conſervent magnitudinem, & quænam diſcrepent. Nonnullæ enim modò aliquantò majores, nonnullæ minores videntur.

Auctoris Loca præcedunt, Tychonis, Landgravii, Riccioli, Ulug Beighi, & Ptolomæi ſequuntur.

Quinta Columna offert Hevelii Longitudines & Latitudines; Sexta Tychonis Longit. & Latit.; Septima Principis Hasſiæ; Octava Riccioli; Nona Ulug Beighi, Tamorlanis Magni Nepotis; Decima Ptolomæi Longitudines & Latitudines commonſtrat; atverò Undecima columna, & ultima, Hevelii Aſcenſiones Rectas, & Declinationes omnium Fixarum, ad Annum 1660, ex ſuis obſervationibus unicè deductas exhibet. Quæ quomodò conveniant cum Tychonicis, & aliorum Auctorum Aſcenſionibus Rectis & Declin. is cui intereſt ea ſcire, & non eſt moleſtum, poterit inquirere. Niſi chartæ, & tempori peperciſſem, atque iſte Catalogus nimiùm excreviſſet, æquè cum Aſcenſionibus Rect. & Declinationibus fieri potuiſſet, ac cum Longitudinibus & Latitudinibus factum eſt. Sed ſupervacaneum eſſe duxi: Siquidem qui benè Differentiam Longit. & Latit. alicujus Stellæ perſpicit, facilè etiam intelliget (ſi non planè rerum harum ſit rudis) neceſſariò etiam in tali proportione, Aſcenſionem Rect. & Declinationem exorbitare oportere. Literæ, utpote A & B, in hâc ultimâ columnâ indicant, quænam Declinatio ſit Auſtralis, aut Borealis; Longitudinibus verò Signum competens Zodiaci annexum eſt, quò ſtatim pateat, in quo Signo, gradu, minuto, & ſecundo quælibet Stella ad Annum ſcilicet 1660 verſetur.

Auctoris Aſcenſion. Rect. & Declinationes.

Aſcenſiones Rectæ & Declinationes ferè eâdem proportione diſcrepant ut Longit. & Latit.

Prædeceſſores Catalogos ſuos aliter quàm Auctor diſpoſuerunt.

De reliquo, notes etiam velim, quòd ipſa Sidera planè etiam aliter diſpoſuerim, quàm Tycho, Longomontanus, & nonnulli alii; qui præpoſuerunt ordine duodecim Signa Zodiaci, utpote ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, &c; ſecundo loco Sidera Borealiora, ſed diverſimodè, ad placitum Auctorum. Kepplerus, Princeps Hasſiæ & alii, Borealiora, Urſam ſcilicet Minorem, Majorem, Draconem &c., & poſtremo loco Auſtraliora repoſuerunt. Conſideratis autem iis omnibus aliquantò altiùs, inductus ſum convenientiorem ordinem eligere, quâ nempe viâ facillimo negotio, protinùs, absque tœdiosâ pervolutatione, & inveſtigatione, quisquam, vel minimam Stellulam reperire posſit. Atque ita Catalogum meum, quoad Sidera, ſecundùm ordinem Alphabeticum planè, & priorem literam Aſterismorum diſpoſui; hinc Andromedæ prior locus competit, deinde Antinoo, Aquario, Arieti, & ſic per conſequens: poſteà, ſub literâ B. Bootes &c. ſub C. Cancer, Canis Major, Minor & ſic conſequenter ſub reliquis literis, reliqua Sidera comprehenduntur; omnium poſtrema invenies in U, utpote Virginem, Urſam Majorem, Minorem & Vulpeculam. Adeò ut hâc ratione omnis moleſtia evitari posſit; quippe, ſi ſcias Stellam quam deſideras verſari in Librâ, evolve L, atque tum ſi primùm deprehen-

Auctor ſecundùm Ordinem Alphabeticum Sidera diſpoſuit.

deprehendas Leonem, confestim liquet Libram subsequi, cùm e, i præcedat: invento ipso Sidere scilicet Librâ, derepentè ipsa Stella detegitur, etiam simul quot novæ Stellæ (in isto Asterismo) cum charactere IH, in Cœlo fulgeant, quæ in Globis Tychonicis desiderantur, atq; nunc primùm recentioribus Globis instruendis adscribi debent, prout jam in meâ Uranographiâ factum est. Atque hæc dicta sunto de ordine Nostri Catalogi, & de Columnâ ejus quintâ Longitudines & Latitudines Hevelii exhibente.

De Locis Stellarum Tychonicis. Kepplerus nonnullas Stellas Tychoni assignat, quas tamen non ipse observavit.

Nunc attinet quædam dicere de Fixarum locis Tychonicis; de quo Auctore inprimis nihil quicquam aliud proferre possumus, nisi quòd seriò & fideliter Res tractaverit Astronomicas, & nihil quicquam in suum Catalogum retulerit, quod non ipse, suismet Instrumentis observaverit, calculoque investigaverit. Hoc autem notari meretur, me quidem, quarundam Stellarum Longitudines & Latitudines, bonâ intentione, sed à Kepplero seductum, & commotum in Tychonis Catalogum retulisse, quas tamen Tycho nunquam ipse rimatus est; sed Kepplerus Ei solummodò eas attribuit, ac si ipse eas etiam observasset: Verùm cùm aliquantò penitiùs rem inquirerem, comperi Kepplerum illas ex Ptolomæo deprompsisse, addendo quicquam Longitudini, & Latitudini subtrahendo: Exempli gratiâ;

Quâ ratione Stellas quasdam Ptolomaicas Kepplerus correxerit.

In Eridano, in Flexurâ I Aust. Longitudini Ptolom. addidit 16′ & Latit. subtraxit 5′
In Flexurâ IV. Aust. Longitudini Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 0′
In Flexurâ IV. Boreal. Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 0′
In Flexurâ V. Boreal. Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 0′
In IV Flexu Primæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 0′
Secundæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 10′
Tertiæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 10′
Quartæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 10′
Quintæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 10′
Sextæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 15′
Septimæ Longitud. Ptolom. addidit 16′ & Latit. subt. 10′

Sic ut in omnibus illis Stellis 16′ Longitudini addiderit, in Latitudine verò, in quatuor nihil mutaverit, rursùs in quinque 10′, in unâ 15′, & in omnium priore 5′ detraxerit.

Quot Stellas in Sagittario Tycho observaverit.

Similiter in Sagittario accidit, in quo Sidere tantùm circiter 14 Tycho ipse observavit; reliquæ quidem Ipsi à Kepplero etiam sunt attributæ, sed non minùs ex Ptolomæi Catalogo eas deprompsit: nimirùm subsequentibus Stellis; 1. In Australi parte arcus Sagittarii; 2. In dorso; 3. In eductione Caudæ præced. 4. In eductione Caudæ mediâ; 5. In eductione caudæ ultimâ, 26′ semper Longitudinibus, & Latitudinibus non nisi 20′ addidit.

Admonenda quædam circa Fixarum Loca Tychonica.

Supersunt adhuc prætereà quædam admonenda, circa Loca Tychonica, quòd Tycho 75 adhuc Stellas rimatus sit, præter illas à Veteribus observatas, quas Asterismo ⁎, in suo Catalogo distinxit; ut pag. 174, Progymn. legere est. Deinde, ut is qui penitiora scire desiderat, protinùs exploratum etiam habeat, priusquam adhuc utrumq; Catalogum pervolvat,

Quousq; Longit. & Latit. Tychonicæ ab Auctoris Longit. & Latit. discedant.

volvat, quanta intercedat discrepantia inter Tychonicas, & meas Fixarum Longitudines & Latitudines, placuit subsequentia annectere, ut sub uno ferè intuitu habeas, in quovis Sidere, in quantum Stellæ Tychonicæ à meis discedant. Fateberis quidem mecum, mi Astrosophe, nonnullas adhuc satis accuratè, etiam interdum in ipsis minutis primis convenire; sed tamen maxima earum pars Tychonicarum Stellarum nimiùm quantum à meis recedit, non solùm in plurimis minutis primis, sed etiam nonnullæ in integris gradibus, in quarum numero unica adest, quæ ad 20 integros gradus exorbitat: alia quoq; reperitur, id quod mecum maximè miraberis, utpote in Andromedâ, in ejus scilicet Extremo Catenæ Annulo, uti vocatur, quæ in Longitudine deficit à meâ 8° 20′, è contrario in Latitudine excedit 13° 33′; id quod ferè nimium est. Sine omni dubio, mi Lector, existimes, ut mihi non minùs primo intuitu videbatur, nimirùm vitium fortè illud esse typographicum, sed nequaquam! Siquidem omnes reliqui, utpote Longomontanus, Kepplerus, Bullialdus, Ricciolus, Landspergius, aliique, qui Catalogum Tychonicum retinuerunt, hunc eundem locum dictæ Stellæ usq; in ipsis minutis assumpserunt, & sanctè conservârunt; qui sanè enormis error nequaquam excusandus. Sed absque omni dubio inquies, mi Lector, adhuc sub Judice litem esse, quisnam Nostrûm rectè, & debitè locum istius Stellæ tradiderit: respondetur, non solùm Principem Hasiæ, sed & Veteres, utpotè Ulug Beighi & Ptolomæum mihi planè adstipulari. Princeps Longitudinem dictæ Stellæ assignat 3° 8′ ♈ & Latit. 43° 42′ Bor. Ulug Beighi Long. 3° 50′ ♈, & Latit. 43° 42′ Bor.; Ptolomæus quoque illam in ♈, non in ♓ collocat; atverò Tycho, & ex eo Ricciolus, eandem Stellam in Piscibus referunt, & quidem secundùm Longitudinem in 24° 51′ ♓, & Latitud. ei attribuunt 57° 19′ Bor., adeò ut videas nullo modo esse vitium Typographicum, sed locum istius Stellæ ita & non aliter à Tychone determinatum fuisse: unde autem id evenerit, alibi à nobis dictum est. Reliquæ verò Stellæ in Andromedâ haud adeò multùm à nobis discedunt; nihilominùs tamen plurimæ inveniuntur, quæ in Longitudine ad 3, 4, 7 & 19 Minut.; in Latit. ad 3, 4, 7, 8, 11, 46 Minut. modò in excessu, modò in defectu sunt differentes.

Nonnullæ Stellæ cum Auctoris benè conveniunt, sed plurimæ etiam in integris gradibus discrepant.

Illæ in extremo Catenæ Annulo Andromedæ apud Tychonem nimiùm quantum exorbitat.

Quisnam dictæ Stellæ Locum rectiùs definiverit.

Argumenta pro Auctore.

Reliquarum Stellarum in Andromedâ quanta sit differentia.

In Antinoo non adeò enormiter peccant, unica in Tychonis Catalogo adest, quæ Longitudinem 7′, altera 11′ majorem habet.

In Aquario nonnullæ adsunt, quæ in Longitud. 3, 4, 5, 15, 19, 26, 28, 30, 32 Min. & in Latitudine 7, 8, & 13 Minut. discedunt.

Reliquorum Siderum Stellæ quantum ab invicem discedant.

In Aquilâ Longitudinis differentia est, à 3, 4, ad 16, Minut. & in Latitudine, certa quædam adest, quæ 27 Minut. peccat.

In Ariete, nonnullæ in Longit. 3, 4 Min. discrepant, & in Latitudine unica ad 12 Minut. exorbitat.

In Aurigâ, aliæ in Longit. ad 7, 10, 20 Minut. imò ad 1 Gr. 33 Min. deflectunt.

In Boote nonnullæ in Longit. ad 6, 8 Min. & in Latit. ad 4 Min. differunt.

In

In Cancro ad 3 & 4 Minut.

In Cane Majore Longitudinis discrepantia ad 10, 12, 20 Minut. & Latitudinis ad 7, 12, 24, 27, & 33 Minut. invenitur.

In Cane minore est unica, quæ ad 4 Minut in Latit. deviat.

In Capricorno Longitud. differentia excurrit ad 3, 4, 8, 13, 27 Min. imò certæ alicujus ad 1 Gr. 20 Minut.; Latitudinis verò ad 5, 10, 14, 20, & 21 Minut.

Ex subsequente Tabellâ omnium optimè cognoscitur differentia Stellarum Tychonicarum à Nostris.

Sed nimis longum foret hâc ratione omnium Siderum recensere differentias Longitudinis & Latitudinis. Idcircò in subsequentem Tabellam breviter referam, in quantum nonnullæ Stellæ reliquorum Asterismorum à nostris discedant.

Nomina Siderum.	*Differentia Longitudinis in quibusdam Stellis.*	*Differentia Latitudinis in quibusdam Stellis.*
Cassiopejæ	3, 4, 5 *Min. imò* 4, *&* 5 *Gr.*	1 *Gr. imò* 1 *Gr.* 4 *Min.*
Cephei	5, 6, 10, 18 *Minut.*	6, 7, 14 *Minut.*
Ceti	3, 5, 12 *Minut.*	3, 21, 51 *Minut.*
Comæ Ber.	5, 10, 13, 34 *Minut.*	7, 9, 12, 16, 23, 31 *Min.*
Coronæ	8, 19, 36 *Minut. imò* 1 *Gr.* 35 *Min.*	8, 11, 50 *Minut.*
Corvi	3, 4 *Minut.*	3, 6 *Minut.*
Crateris	4, 5, 6 *Minut.*	4, 7, 19 *Minut.*
Cygni	6, 12, 15 *Minut.*	2, 3 *Minut.*
Delphini	3, 5, 10 *Minut.*	4, 7 *Minut.*
Draconis	3, 8, 14 24, 30 *Min. imò* 1 *Gr.* 30 *M.* 2, 8 *Min.* 3 *Gr. &* 5 *M. nec non* 20° 34′	
Equulei	3, 5 *Minut.*	
Eridani	3, 5, 9, 12, 18, 14, 22, 25, 28, *&* 40 *Minut.*	3, 11, 20, 40, 36, 42, 23 *Min.*
Geminorum	2, 3 *Minut.*	
Herculis	5, 7, 11 *Minut.*	2, 4 *Minut.*
Hydræ	3, 4, 5 *Min. &* 1 *Gr.* 12 *Min.*	9, 16, 45, 24 *Minut.*
Leonis	3, 6 *Min. &* 1 *Gr.* 35 *Minut.*	2, 3, 13 *Min. &* 3 *Gr.* 43 *Minut.*
Leporis	6, 13, 16 *Minut.*	10, 16 *Minut.*
Libræ	2, 9, 11, 17 *Minut.*	11 *Min.*
Lyræ	7, 9, 10, 16 *Minut.*	
Monocerotis	12, 20, 44 *Minut.*	28, 49 *Minut.*
Navis	4, 6 *Min. imò* 1 *Gr.* 24 *Min.*	
Orionis	4, 5, 6, 10, 11 *Minut.*	3, 4, 6, 11, 21 *Minut.*
Pegasi	4, 6, 14 *Minut. imò* 16 *Gr.*	4 *Minut.*
Persei	4, 11, 17 *Min. &* 1 *Gr.* 29 *Min.*	4, 7, 9 *Minut.*
Piscium	5, 10, 13 *Min. imò* 2 *Gr.* 43 *Min.*	4, 5, 11, *&* 53 *Minut.*
Sagittæ	6, 7 *Minut.*	3 *Minut.*
Sagittarii	4, 15, 25 *Minut.*	3, 6, 12, 16, 51 *Minut.*
Scorpii	5, 6 13, 15, 37 *Minut.*	4, 5 *Minut.*
Serpentarii	4, 5, 6, 9, 13, 15 *Minut.*	6, 9, 24 *Min. &* 1° 9′ *&* 3° 15′
Serpentis	3, 9, 10, 19, 32 *Min. &* 1 *Gr.* 3 *M.*	3, 6, 19 *Minut.*
Tauri	6, 12, 21, 43 *Minut.*	3, 6, 43 *Minut.*
Trianguli	2, 3, 6 *Minut.*	2, 7 *Minut.*
Virginis	3, 4, 10, 13, 33 *Minut.*	2, 4, 10, 18, 32 *Minut.*
Ursæ Major.	3, 8, 10, 13, 20, 30, 35 *Minut.* *etiam* 1 *Grad* 11 *Min. &* 1 *Gr.* 15 *Min.*	4, 11, 15, 17, 20 *Minut.*
Ursæ Minor.	4, 9, 12, 14, 42 *Minut.*	5, 7, 9 *Minut.*

Certum itaq; est maximè esse notabilem Diversitatem, inter Tychonicas & Nostras Stellas.

Ex quibus nunc manifestum est, in quantum nonnullæ Stellæ Tychonicæ cujusvis Sideris, tam in Longitudine, quàm Latitudine à meis discrepent; quæ sanè haud sunt leviuscula: Differentia Longitudinis enim non solùm ad 40 & 50 Minuta prima, sed ad integrum, imò duos, tres, quatuor, quinque, octo, etiam ultra 20 grad. excrescit; in Latitudine quoq; ad 30, 40, 50 Minuta, etiam ad duos, tres; imò in certâ quâdam Stellâ, ultra 13 integros gradus.

Meretur sanè examinari, quinam Nostrûm propiùs metam attigerit.

Operæ pretium igitur fuit, quòd accurata inquisitio fuerit instituta, etiam non abs re erit, ut imposterum id non minùs seriò, sed à quopiam Exercitatissimo Observatore sufficientibus Instrumentis instructo suscipiatur. Quò Posteritas habeat, videatque, cujusnam Auctoris Loca sint veriora, atque propiùs ad metam collineent.

Loca Ulug Beighi adhuc longiùs discedunt.

Loca Stellarum Ulug Beighi & Ptolomæi adhuc longiùs à meis discedunt, uti videbis; admodùm rarò vel nunquam in ipsis minutis conveniunt, sed sæpissimè in integris gradibus exorbitant. Id quod tamen haud mirandum, cùm Veteres ejusmodi accuratissima Organa ut nos, haud possederint, sed plerumque per Armillas negotia hæc, ut hic inde in Operibus meis annotatum reperies, expediverunt.

Princeps Hassiæ, uti Auctori videtur, aliquantò accuratiùs, quàm Tycho cum suis Coobservatoribus Observationes expedivit.

Princeps Hassiæ, ad construendum suum Catalogum, partim ipsemet, partim cum suo Mathematico Christophoro Rothmanno & Automaturgo Justo Byrgio Observationes ex Cœlo deduxit; & etiamsi aliquantò minoribus Instrumentis, quàm Tycho usi fuerint, nihilominùs mihi videtur, cùm omnia sollicitè expenderem, eos majorem diligentiam (sit venia verbo) in istis Rebus conquirendis adhibuisse, quàm Tychonem, cum suis Coobservatoribus: quippe maxima pars Stellarum, in Catalogo Principis longè præcisiùs cum meis concordant, quàm in universum Stellæ Tychonicæ; plurimæ in ipsis minutis, reliquæ etiam non adeò longè à meis discedunt. Notabile quoddam Exemplum paulò suprà retuli, de Stellâ illâ Andromedæ, in Extremo Catenæ Annulo, cujus Longitudo ex meo Calculo à Tychonico 8 Grad. 20 Minut., & Latitudo ad 13 Grad. & 33 Minut. discedit; è contra ex Principis Observatione exceptis tantùm tribus minutis omninò accuratissimè conveniunt.

Loca Principis ab Auctoris rarò deviant.

Notabile Exemplum hujus rei.

Quippe Longitudo dictæ Stellæ ex meo Catalogo ad An. sc. 1660.

	Gr.	Min.	Sec.			Gr.	Min.	Sec.	
est	3	11	0	♈	& *Latit.*	43	46	0	*B.*
Longitudo Princip. Hassiæ est	3	7	57	♈	& *Latit.*	43	42	24	*B. at verò*
Longitudo Tychonis est	24	51	0	♓	& *Latit.*	57	19	0	*B.*

Ex quibus vides, mi Lector, quàm optimè Princeps mecum concordet, & quàm incredibiliter longissimè Tycho à Nobis digrediatur. Profectò, me latet, an ulla aliqua Stella in toto Catalogo Principis reperiatur, ad unicum integrum gradum devians.

Quæ initiò videbantur errata esse ex calculo, erant Typographica.

In quatuor quidem Stellis videbatur primâ fronte, cùm ex Principis Catalogo, quem P. Albertus Curtius in Observationibus Tychonis Anno 1666 primùm edidit, loca quatuor illarum Stellarum depromerem, ea ad integrum gradum à me & Tychone discedere; re verò accuratè examinata, atque Longitudinibus, & Latitudinibus istis, ex Principis Hassiæ

Ascen-

Ascensionibus Rectis, & Declinationibus rursùs diligenter supputatis, expertus sum, Principem minimè hallucinatum esse: sed vitia esse Typographica. Quæ facilè ibidem post fata scilicet Principis contingere potuerunt; cùm nec ipse Princeps, nec Rothmannus Catalogum correxerit: sic ut dubium non sit, ex incuriâ P. Alberti Curtii, vel ejus Correctoris ea accidisse. *Cujus incuriâ Errores in Catalogum Principis irrepserint.*

Quò autem etiam ipse scias, mi Lector, quænam Stellæ fuerint, in quibus adeò enormis Error detectus, ordine eas hîc apponam.

			Gr.		Gr.
1.	*In Caudâ Delphini*	*Longit. non debet esse*	10,	*sed tantummodò*	9
2.	*In Drac., post flexum II. trium ult.*	*Latit. non debet esse*	84,	*sed tantùm*	83
3.	*In Drac. propè primam Caudæ*	*Latit. non debet esse*	64,	*sed*	65
4.	*In primâ Caudæ Ursæ Majoris*	*Longit. non debet esse*	3,	*sed*	4

Atque ita hi nunc sunt omnium notabiliores errores, quos deprehendere potuerim; sine dubio adhuc alii minores Typographici in dicto Catalogo apud Albertum Curtium latent, verùm haud potuerunt inveniri. Adeò ut certum permaneat Principis Catalogum cum meo optimè convenire. *In quibus Stellis & quousq; aberratum fuerit.*

Quamobrem Catalogus Principis meretur, ut in Summo, ab omnibus Literatis habeatur Honore; præprimis cùm nullam planè Stellam in Catalogum admiserit, nisi eam, quam Ipse cum suis Coobservatoribus esset rimatus, & locum istum, quem suâ Methodo non computasset, nihil curans, an cum Tychonis, vel aliorum locis congruerent, nec ne. Quod maximè in Principe, nec non Tychone laudandum sanè est, quòd à nemine quidpiam sint mutuati, nec ex ullius Catalogo Loca quædam deprompserint, quæ vel addendo, vel subtrahendo quibusdam minutis correxerint, ac postmodùm pro suis venditaverint, sed omninò contenti extiterint, cum suis propriis laboribus. *Catalogus Principis dignus summo honore.* *Quid in Principe & Tychone maximè laudandum.*

Cæterùm, Catalogum Fixarum Præclarissimi ac Doctissimi Riccioli, quem in meo majori Catalogo sisto, ex Astronomiâ Reformatâ dicti Auctoris deprompsi; continet planè tot Stellas, quot Tycho habet. Dictus Auctor fuit aliàs summè industrius & laboriosus, uti ex Almagesto, & reliquis Operibus satis liquet, in examinandis, conquirendisq; rebus multifariis, multas quoque cum suo Socio Patre Grimaldo Observationes, Distantias scilicet Fixarum ex Cœlo acquisivit; sic ut penitùs initiò persuasus essem, eum ipsum, Catalogum in suâ Astronomiâ Reformatâ exhibitum, omnimodè ex solis suis Observationibus condidisse, & supputasse. Cùm verò rem altiùs inquirerem, atque ipsius Catalogum cum meo conferrem, remque omnem exactissimè examinarem, deprehendi Ricciolum totum suum Catalogum, ex suis solis Observationibus haud construxisse, sed solummodò 101 Stellas tantùm suis Instrumentis observasse, earumque loca supputasse, reliquas verò ex Tychone, Kepplero, & aliis Auctoribus deprompsisse: ut legere est Lib. IV. Astronomiæ Reformatæ pag 262 & 265. Secùs profectò si fecisset, atque ex suis propriis observatis Stellas omnes derivasset, haud ita in certâ quâdam proportione Stellæ omnes cum Tychonicis convenirent, nec unquam adeò constantem proportio- *Riccioli Catalogus quot Stellas exhibeat.* *Laus Riccioli.* *Ricciolus Catalogum exhibitum, non ex suis solis observationibus construxit.* *Ut ipse fatetur in Astronomiâ Reformatâ.*

Riccioli Stellarum Loca certam semper proportionem ad Tychonis loca servant.

nem ad se invicem Longitudines & Latitudines omnium Stellarum, omnium dico, conservare perpetuò possent: prout clarè patet ex Nostris & ex Tychonicis, sive aliorum Auctorum Locis; modò hæc Stella in quibusdam minutis tantùm, modò illa in aliquot gradibus disconveniunt, & nunquam proportionaliter incedunt. Atverò Riccioli Stellæ omnes, omnes dico, certam proportionem inter se invicem exhibent, attamen in quovis ferè Sidere aliam atq; aliam: sicuti mox clariùs dicetur. Et quod mirandum, Longitudines omnium Stellarum in Riccioli Catalogo, rarò ultra 4 vel 5 Minuta, & Latitudines ultra 1 vel duo Minuta prima haud discrepant; imò in plurimis Stellis ipsas Latitudines Tychonicas, in minutis & secundis omninò retinuit. Et quod adhuc magis admiratione dignum, in illis Stellis Tychonicis, quæ adeò enormiter peccant à Nostris, Principis Hassiæ, aliorumque Veterum Observationibus; utpote in illâ in Extremo Catenæ Annulo Andromedæ, quæ in Longitudine ultra 8 grad. & in Latitudine ultra 13 grad. exorbitat, eundem Stellæ locum præcisè retinuit, nisi quòd Longitudini 2′ 47″ addiderit, & Latitudini tantummodò 30″ subtraxerit: quam proportionem etiam in reliquis Andromedæ Stellis omnibus exercuit. Deinde, quod aliarum rerum omnium maximè notabilius est: quinque illas Stellas, quarum in præcedentibus memini, quæ tempore Tychonis in oculos omnium incurrebant, etiam à Tychone ipso, Instrumentis, debitè sunt observatæ, hoc Nostro verò tempore, ut & Riccioli, planè evanuerunt, etiam adhuc, licet non ampliùs sint in rerum naturâ, in suo Catalogo conservavit, nisi quòd in uno aut altero minuto Longitudines & Latitudines earum immutaverit.

In quantum Longit. & Lat. Riccioli à Tychonis discedant.

Nonnunquam easdem Latit. retinuit Ricciolus.

Quod omnium maximè admirandum.

Quamnam proportionem Ricciolus in Correctione Stellarum observaverit.

In quibus totum Artificium consistat.

Quò autem dilucidè pateat, quamnam proportionem in corrigendis, vel immutandis Stellis Tychonicis sit secutus, in certâ quâdam Tabellâ exhibebo omnia. Totum autem artificium in eo consistit; cùm, uti diximus, 101 Stellas tantùm ipse observaverit, atque sic in quovis Sidere unam atque alteram: hinc ad earum normas, reliquas omnes istius Sideris composuit. Exempli gratiâ; in Andromedâ, Caput ejus observavit esse ad Annum 1660 in 9° 35′ 16″ ♈, nimirùm locum suum, Tychonico esse 2′ 47″ minorem: ergo in reliquis omnibus, tot etiam minuta & secunda detraxit (NB. quasi verò hominibus semper uniformiter errare obtingat) in Latitudine pariter eundem tenorem retinuit. Si ejus Latitudo major vel minor inventa ab ipso fuit, tot minuta & secunda ei etiam addidit, vel subtraxit. Tabellam autem subsequentem, ut eò breviùs omnia traderem, ita disposui, ut prima columella Nomina cujusvis Sideris exhiberet; altera, quot minuta & secunda Longitudini addita, vel subtracta à Ricciolo fuerint; & tertia, quot minuta & secunda Latitudini fuerint addita, vel subtracta: id quod Add. & Subt. indicare volui.

Dispositio Tabellæ.

TABULA

TABULA

Exhibens Differentias Locorum, inter Ricciolanas, & Tychonicas Stellas.

Nomina Siderum.	*Longitudini quot Minuta & Secunda fuerunt addita vel subtracta.*			*Latitudini quot Minuta & Secunda fuerunt addita vel subtracta.*		
	Min.	*Sec.*		*Min.*	*Sec.*	
Andromed.	2	47	*Subtr.*	0	30	*Add. interdum minùs 0′ 20″*
Antinoi	1	37	*Subtr.*	1	0	*Subt. constanter.*
	1	35				
Aquarii	2	20	*Subtr.*	0	15	*Add.*
	2	27		0	14	
	2	17		0	16	
	2	18		0	15	*Subt.*
Aquilæ	1	34	*Subtr.*	0	50	*Subt.*
	1	25				
Arietis	2	18	*Subtr.*	0	30	*Subt. constanter.*
	2	20				
	2	10				
	2	17				
Aurigæ	0	45	*Subtr. initiò*	0	15	*Add.*
	4	45		1	50	*Subt.*
	0	17		1	15	*Add.*
	1	13	*Add. ad finem usq.*	1	30	
	5	0		2	0	
	3	13		1	0	
	5	13		1	13	
cursum suum omni tempore exercent. Nam, uti vel Tyrones Astronomiæ optimè nôrunt, non omnes Planetæ omni tempore præcisè in ipsâ Eclipticâ incedunt, ad ductum & normam Solis; sed sæpius modò supra, Aquilonem versùs, modò infra Eclipticam, Austrum versùs iter faciunt, pro cujusvis propriâ inclinatione, & Angulo Orbitæ, ab Eclipticâ deviant, nunc sunt Boreales, nunc Australes.

Præter hæc scire etiam oportet, quâ ratione & facie, Tabulæ hæ Uranographicæ universæ totius Firmamenti Sobiesciani sint designatæ; quandoquidem non perinde est, utrum Stellas sub concavo, an verò ab extra, sive Globum convexum & Firmamentum adspicias. Si omnium primi Observatores, & quicunque Fixarum Catalogos condiderunt, & de Astris scripserunt, statim initio Stellas omnes sic denominassent, ac si concavitatem cœli adspexissent, tùm nos Posteri rectè faceremus, si iis vestigiis inhæreamus. Verùm cùm Prædecessores Cœlum contemplati fuerint, ac si Cœlum convexum ab extra, ut in Globis artificialibus contingit, adspicerent; igitur omnino necesse est, ut Eos sequamur, atque ita etiam Schemata Uranographica in plano sic delineentur, Sidera cum Stellis pariter constituantur, prout omnium primò Globis convexis fuerunt delineata, & descripta; ut quodlibet Sidus, quod Veteres à tergo adspexerunt, etiam in plano atque eâdem specie maneat, & dextra non minùs dextra, tum sinistra itidem sinistra denominari possint. Id quod neutiquam succederet, si supponamus Sidera atque Nomina Fixarum fundata esse sub Cœlo concavo; quippe tum omnia invertuntur, ac sinistra fiunt dextra, rursùs dextra sinistra, & quæcunque à parte posteriori sita sunt, ab anteriori conspiciuntur. In summâ, tota Astronomia, ejusque Cultores

An stellæ quasi sub concavo, an verò in convexitate Globi cœlestis exhibeantur.

Veterum vestigiis insistendum.

Si Stellæ sub concavo essent descriptæ, omnia confunderentur.

res omnes, nec non Fixarum Catalogi hucusque editi omnino confunderentur, ut nulla ferè Nomina Stellis imposita ampliùs quadrarent: exempli gratiâ, Humerus, sive Pes dexter, esset Humerus sive Pes sinister; item pars posterior in animalibus esset pars anterior, tum omnes & singulæ Stellæ, quæ reverâ sunt præcedentes, fierent eâ ratione sequentes: prout abundè ex Bayeri Uranometriâ patet, quæ omnia inverso Ordine exhibet. Delineationes quidem puto Eum ritè descripsisse, sed postea ex incogitantiâ ratione Sculpturæ fuisse inversas. Exinde Bayerus omnes Stellas literis a, b, c, d, &c. distinguere coactus est; id quod certè Astrophilis admodùm est molestum. Nam quæcunque apud Autores genuinis leguntur nominibus, ex a, b, c, d, &c. nonnisi magno labore, & temporis jacturâ intelliguntur. Nihilo tamen minùs nonnulli reperiuntur, quibus volupe est hisce literis Alphabeticis sæpiùs ludere, cùm ipsis fortasse ignota sint genuina Stellarum Nomina: præstaret, nec non Lectori gratius foret, quamlibet Stellam debito nomine, juxta usitatos Fixarum Catalogos, usitatosque Globos cœlestes insignire, atque Uranometriam Bayeri hâc in parte relinquere. Non enim omnes & singuli possident Bayeri Uranometriam, sed quilibet Astronomiæ Cultor aliquo Globo cœlesti sanè fruitur.

Bayeri Uranometria omnia inverso ordine tradit.

Quod admodùm est tædiosum.

Nihilominùs alii istis rebus sese oblectant, qui genuina Stellarum nomina ignorant.

Ex his rationibus inductus quoque sum, ut omnes Effigies Siderum in hâc nostrâ Uranographiâ repræsentarem, uti in Globis habentur, eâ quidem ratione, ac si faciem versùs Polum Arcticum convertamus, ut ad sinistram occidentem, sive occasum, & ad dextram orientem, sive ortum habeamus: atque sic Zodiaci Signa rectè incedunt, ab occasu ad ortum: prout eorum, nec non omnium fixarum motus reverâ in cœlo contingit. Hoc modo pariter universa Stellarum Nomina in quibusvis Catalogis conservantur;

Quâ facie Auctor in hâc Uranographiâ Sidera & Stellas delineaverit.

vantur, & unusquisque Auctorum Volumina legens protinus Stellas, prout in Globis, sic etiam in hâc nostrâ Uranographiâ invenire & deprehendere poterit, adeò ut non opus hâc ratione sit, Schemata tot literis maculare atque onerare: præprimis cùm ego omnes Figuras sive Sidera cœlestia Veterum Astronomorum, quæ aliquâ correctione & reformatione opus habuerunt, ita correxerim & disposuerim, ut, dummodò quis Stellarum Nomina ex nostro Catalogo sciat, actutum etiam in quibusvis Figuris ea reperire queat, etiamsi earum Longitudines & Latitudines planè ignoret.

Hoc modo Veterum Nomina conservantur.

Magnitudines Stellarum quod concernit, illas in sex tantummodò Classes, ad evitandam omnem confusionem, more veterum distinxi, ut diversitas earum esset eò notabilior. Quoad Ordinem verò Siderum & Figurarum in hacce nostrâ Uranographiâ, planè alium observavi quàm in nostro Fixarum Catalogo, in quo, certis ex rationibus, secundùm ordinem Alphabeticum, sicuti ex nostro Astronomiæ Prodromo, Capite nono percipies, sibi invicem succedunt. Siquidem eo ordine eas collocavi, prout à Polo nostro Arctico Eclipticam & Æquatorem versùs descendunt, & sic per consequens rursùs Polum Antarcticum versùs se conferunt. Atque ita Figura omnium prima est Ursa Minor A, altera Draco B, tertia Cepheus C, & omnium ultima Polus Antarcticus FFf, prolixiùs id commonstrante Tabellâ, quæ subsequitur:

Stellæ in quot Classes sint distributæ.

Auctor alium Ordinem in Uranographiâ, quàm in Fixarum Catalogo observavit.

Ordo Figurarum.

ORDO FIGURARUM URANOGRAPHICARUM.

1.	Urſa Minor.	A.
2.	Draco.	B.
3.	Cepheus.	C.
4.	Urſa Major.	D.
5.	Canes Venatici.	E.
6.	Bootes, Mons Mœnalus, & Coma Berenices.	F.
7.	Corona Borealis.	G.
8.	Hercules & Cerberus.	H.
9.	Lyra.	I.
10.	Cygnus.	K.
11.	Vulpecula cum Anſere.	L.
12.	Lacerta ſ. Stellio.	M.
13.	Caſſiopeja.	N.
14.	Camelopardalus.	O.
15.	Serpens & Serpentarius.	P.
16.	Scutum Sobieſcianum.	Q.
17.	Aquila & Antinous.	R.
18.	Delphinus, Equuleus, & Sagitta.	S.
19.	Pegaſus.	T.
20.	Andromeda.	V.
21.	Perſeus.	W.
22.	Auriga.	X.
23.	Lynx.	Y.
24.	Leo Minor.	Z.
25.	Triangulum Majus, Minus, & Muſca.	AA.
26.	Aries.	BB.
27.	Taurus.	CC.
28.	Gemini.	DD.
29.	Cancer.	EE.
30.	Leo Major.	FF.
31.	Virgo.	GG.
32.	Libra.	HH.
33.	Scorpius.	II.
34.	Sagittarius.	KK.
35.	Capricornus.	LL.
36.	Aquarius.	MM.
37.	Piſces.	NN.
38.	Cetus.	OO.
39.	Eridanus, Phœnix, Toucan.	PP.
40.	Orion.	QQ.
41.	Monoceros.	RR.
42.	Canis Minor.	SS.
43.	Hydra.	TT.
44.	Uraniæ Sextans.	VV.
45.	Crater & Corvus.	WW.
46.	Centaurus & Crux.	XX.
47.	Lupus.	YY.
48.	Ara, Triangulum & Pavo.	ZZ.
49.	Corona Auſtralis.	AAa.
50.	Piſcis Notius & Grus.	BBb.
51.	Lepus & Columba.	CCc.
52.	Canis Major.	DDd.
53.	Argo Navis, Robur Caroli.	EEe.
54.	Polus Antarcticus.	FFf.
55.	Hæmiſphærium Arcticum.	
56.	Hemiſphærium Antarcticum.	

Quare Auctor hoc loco de Numero Stellarum non agat.

Hoc loco nobis quoque incumberet agere de Numero omnium Siderum & Stellarum, quas in haſce Tabulas Uranographicas retuli, atque notavi, tam ad Veterum Aſteriſmos ſpectantes, quàm ad eas, quas ego primùm ad Firmamentum, tanquam primus earum Obſervator, tranſtuli: Verùm, quia jam fuſè de his omnibus, in Prodromo Aſtronomiæ actum eſt, legat benignus Aſtro-

Aſtrophilus Caput VIII. ſi lubet; ubi ſimul habebit peculiarem Tabellam, exhibentem, quot Stellas tam antiquas, quàm novas unumquodque ſidus comprehendat, tum quoque addiſcet, qualem ex Characteribus unicuique attribuerim, qui ſtudio Aſtronomico ſummè ſunt neceſſarii. Nam quemadmodùm Vetuſtiores Cœli Interpretes, laudatiſſimi noſtri Anteceſſores, ſingulares Characteres duodecim ſiderum Zodiaci, utpote ♈, ♉, ♊, ♋ &c. finxerunt; ita quoque ego ſummoperè neceſſarium eſſe duxi, ut reliquorum ſiderum omnium tam Borealium, quàm Auſtralium, peculiares Characteres excogitarem. Quos unde depromſerim, & quo fundamento nitantur, quilibet fusè ſatis detectum, in dicto Aſtronomiæ Prodromo inveniet, adeò ut hìc loci ea repetere planè ſupervacaneum eſſe credam. Ex eodem pariter Capite abundè intelliges, quare nova mea duodecim recentiora Sidera, ſic & non aliter denominaverim; quare omninò talem Figuram, ſive tale Animal & non aliud conſtituerim; quare hocce vel illud ſidus, hoc & non alio loco repoſuerim, & hujus generis plura, quæ iterum repetere faſtidioſum foret. In ſummâ, Benevole Aſtrorum Cultor, ſi quis hanc noſtram Uranographiam, ſive Firmamentum Sobieſcianum penitiùs intelligere, ejusque fundamenta rectè cognoſcere, inque uſum omnia commodè transferre ſatagat, oportet neceſſariò, ut habeat ad manus noſtrum Aſtronomiæ Prodromum, nec non Fixarum Catalogum, eaque omnia attentè perlegat atque perpendat.

Quodlibet ſidus peculiari Characterе ab Auctore eſt donatum.

Prout ex Prodromo Aſtronomiæ ſatis ſuperque patet.

Uranographia dependet ex Prodromo Aſtronomiæ.

Denique benè notabilis Quæſtio adhuc ſupereſt reſolvenda, quam Cultores Rerum Sideralium bono animo proponere poſſent: nimirùm, cur Ego non (cùm tantos labores exantlaverim, totq; ſumptûs eum in finem erogaverim,

Ardua Quæſtio hic moveri poteſt.

ut novum prorſus & correctiorem Fixarum Catalogum, plurima nova planè Sidera conderem, totque novas omninò Stellas, hactenus nondum à quopiam ritè obſervatas, Catalogo adjicerem) in eam devenerim Sententiam, ut Conſtellationibus omnibus, diverſa prorſus nomina, & quidem Chriſtiana impoſuerim, atque ſic univerſa Nomina Ethnica, utpote Herculem, Serpentarium, Perſeum &c. non minùs bruta illa & ferocia Animalia, utpote Urſam majorem, Taurum, Leonem, Scorpionem &c. penitùs eradicaverim; in illorum verò locum, Apoſtolos, Prophetas, aliosque Divos Viros ſubſtituerim. Neceſſitas enim flagitat, ut nos Chriſtiani omnia illa, quæ ab Ethnicis originem duxerunt, profana, & quæ ad Idololatriam ſpectant, vel aliquatenus eam excitare poſſunt, radicitus exſtirpemus, ac magis magisque ſupprimere ſtudeamus: quemadmodum Julius Schillerus in Cœlo Stellato, ut opus vocat, jam Anno 1627. Auguſtæ Vindelicorum edito, nobis facem prætulit.

Cur Auctor nō Chriſtiana Nomina ſideribus impoſuerit.

Ad Exemplum Schilleri.

Ultrò fateor, Schillerum ſine omni dubio, optimam Intentionem eo tempore habuiſſe; videturque initio, antequam res altiùs perpenditur, & mihi glorioſum fuiſſe, ſi veſtigiis Ejus inhæſiſſem, atque hocce bonum propoſitum omnibus viribus promoviſſem. Verùm enimverò, benigne Lector, id mihi profectò accidiſſet, quod Schillero jam obtigit, ut omnia eſſent fruſtranea apud Succeſſores, & Poſteritatem, ſicuti Aſtronomiæ peritiores optimè nôrunt omnes: ſpatio nempe ſexaginta annorum, à quo tempore Cœlum Stellatum Chriſtianum Schilleri prodiit, atque omnium oculis fuit expoſitum, neminem adhuc ex omnibus Rerum Cœleſtium Scrutatoribus eſſe, vel fuiſſe, qui datâ ullâ occaſione, vel in ſcribendis Operibus, vel Epiſtolis, Diſputationibus aut Diſſertationibus, uſus fuerit ex Schilleri ſententiâ Sanctorum Nominibus. Nam certè, nemo

Non conſultum fuit Auctori Schillerum ſequi.

mo unquam gentium illos intellexiſſet, quænam Sidera, vel quasnam Stellas indigitarent, vel quidnam vellent, licet apud omnes Cœlum Schilleri Stellatum reperiretur, quod tamen non ubique obvium ac venale eſt, atque exinde à paucisſimis inter literatos posſidetur. Sanè quàm is moleſtus atque tædioſus foret labor, priusquam aliquis pervolutando totum volumen inveniret, quodnam Sidus, vel quænam Stella indicaretur? Exempli gratiâ: ſi quis ſcriberet, Cometam eſſe obſervatum in naviculâ S. Petri ad Stellam in margine boreo naviculæ, lucidarum tertiam, poſt remum primam: ab eo loco proceſsiſſe ſub quartâ Stellâ ibidem ad puppim, ſeu Lucidâ poſt remum ſecundâ, in funibus Sagenæ, versùs ſequentem hanc, in puppi poſt remum tertiam, ſeu versùs Septentrionem ultimam, ad marginem Auſtrinum.

Inconvenientia Cœli Stellati Schilleri.

Quis, obſecro, omnium hactenus eruditisſimorum hæc unquam intelligeret vel comprehenderet, cùm obſcuritate ſuâ mentem Lectoris potiùs confundant, quàm juvent? Si priùs iſta ex Schillero inquiri debeant, quis tantam moleſtiam devoraret? Citiùs, credo, quis deſereret totum Cometam, utut ſplendidisſimum, maximèque notabilem, inprimis is, qui Cœlum Stellatum Schilleri non posſidet, vel unquam adhuc inſpexit. Nonne, benevole Aſtroſophe, multò breviùs ac clariùs omnia exprimerentur, ut etiam Tyrones actutum intelligerent, ſi dicerem, Cometam eſſe obſervatum in Ursâ Majori, ad primam Caudæ, hinc migraſſe ſub mediâ caudæ ad ultimam? Quibus quinque vel ſex Verbis res tota eſſet propoſita, quæ Schilleri nominibus viginti & pluribus comprehendi haud poteſt; & cujus Nomina in nullo tam Veterum, quàm Recentiorum Catalogo (ſi Schillerianum excipias) reperiuntur, multò minùs in aliquo Globo cœleſti, quandoquidem nullus adhuc Globus ad Schilleri mentem in lucem prodiit; atque ejus generis ali-

Veterum nominibus multò breviùs & clariùs exponuntur obſervata.

Globus adhuc nullus ratione Schillerianâ eſt conſtructus.

aliquem protrudere in publicum, labor esset planè frustraneus: eo enim opere nunquam Globi hactenùs usitati penitùs supprimerentur, nec Astronomiæ conduceret, sicut pluribus infrà commonstrabitur.

Quid Schilleriani objicere possent?

Qui Schilleri stant à partibus objicere quidem possent: Omnia sine dubio ex voto successura, dummodò Astronomiæ cultores sese totos vellent devovere isti studio, atque Nomina illa Christiana æquè sibi familiaria reddere, ac hactenus Ethnicorum, insuper Juniores, utpote Discipulos, statim ab ipsâ Juventute iis assuefacerent, Cœlumque ipsum nonnisi sub iis nominibus ostenderent, ac describerent Tyronibus. Verùm ad hæc responderi potest, facilius esse aliquid dicere, quàm facere, & ad effectum deducere. Nam, si quis à teneris Scientiam vel Artem aliquam, per consvetos terminos, utut videantur inconvenientes & absurdi, addidicit, ægrè admodum artem illam exercere potest, si per peregrinos planè, nunc primùm excogitatos Terminos rem omnem expedire debeat. Res ferè est eadem, ac si quis diceret, in totâ Geographiâ Nomina universa Regionum, Civitatum, Fluviorum, Montium, Marium ac Lacuum, locis non benè convenire, partim quòd ab Ethnicis originem trahant, partim obscura sint & absurda, atque exinde se velle Nomina hactenus usitata omnia, tam in Europâ, Asiâ, Africâ, quàm in Americâ planè immutare. Nam etsi convenientissimis, pulcherrimis, ac religiosissimis loca denominationibus insigniret: quæso! quidnam illo maximo opere efficeret, vel imposterum à Successoribus obtineret? profectò planè nihil. Quis enim ejusmodi Tabulas Geographicas, vel Globos Terrestres, unquam emeret, aut ad locorum situationem cognoscendam Tabulas istas adhiberet, si mentis esset compos? quippe ad unum omnes, tum etiam Posteri omninò turbarentur, & confunderentur, ut nullius planè

Consueta haud facilè abrogantur.

Id quod magis magisq; stabilitur per Geographiam.

Peregrina planè Nomina si quis in Geographiam vel Globum Terrestrem inferret, omnia profectò conturbarentur.

Autoris

Autoris Scripta, à Mundo condito hucusque edita, utut præstantissima, cum aliquo fructu legere vel intelligere possent. Si respondeas, oportet simul etiam habeas in promtu usitatas Tabulas Geographicas, ut simul conferre eas possis. Sed, quæso, quid opus est, tantam non solùm molestiam, sed etiam duplices sumptus sibi creare, & per ambages incedere? cùm breviori viâ id obtinere queamus, quandoquidem per solas Tabulas Veterum usitatas, absque omni difficultate, actutum detegere, ac addiscere possumus omnia.

Quâ viâ etiam unquam id susciperetur.

Similiter comparatum est cum Schilleri Cœlo Stellato, iisque nominibus, quibus Stellas & Planetas nuncupavit. Nam etsi moderni Astronomi, tum etiam Successores, omni vi se aliosque compellere vellent, ut eò devenirent, quò radicitùs ex cerebro exstirparent veterum Ethnicorum nomina: quid tum præstabimus, mi amice? nihil quicquam ampliùs, quàm ut nos ipsos, totamque Posteritatem incapaces redderemus, vel ullum aliquod Scriptum Astronomicum, quotquot etiam extent, intelligendi. Sicq; sublimis illa Scientia Sideralis non de die in diem plus plusque crescceret, sed è contrario decrescceret, atque tandem penitùs exstingveretur; imò maxima pars Juvenum & Tyronum, quæ adhuc conaretur istud studium addiscere, idque ulteriùs excolere, ad nauseam redacta, à studio isto prorsus deterreretur.

Cum Cœlo Stellato Schilleri est res omnino eadem.

De me ultrò fateor, si initio (cùm Cœlum intueri, Observationesque instituere cœpi) debuissem atque obstrictus fuissem, omnes & singulas meas Observationes, tam Planetarum, Cometarum, quàm fixarum omnium, nominibus Schillerianis annotare, & describere, profectò nullo ære, vel prœmio ad istum intolerabilem laborem unquam fuissem adductus; etiamsi ad studium istud à Juventute maximè propendeam. Consueta enim Nomina jam adeò erant mihi

Quid Auctor præstitisset, si ab initio nominibus Schillerianis uti debuisset.

mihi familiaria & cerebro infixa, ut potiùs totum ſtudium Aſtronomicum deſeruiſſem, ac alteri cuidam Spartam illam meam lubens volens obtuliſſem.

Quid Calendariographis accidiſſet.

Adhæc, ſi omnibus viribus Schilleriana Nomina ita vellemus introducere, ut toti Orbi innoteſcerent, ac Ethnicorum Nomina ex mente Chriſtianorum penitùs exſtirparentur; omnino neceſſarium foret, ut ſine ullâ morâ univerſa Calendaria & Ephemerides in toto Orbe Chriſtiano, ratione Schillerianâ ſupputarentur, conſcriberentur & ederentur. Aſtrologis & Calendariographis non ampliùs licitum eſſet diſſerere de Saturno, Jove, Marte, Sole, Lunâ, Venere, & Mercurio; ſed de Adamo, Moyſe, Joſuâ, Chriſto, Mariâ, Johanne Baptiſtâ & Eliâ; quippe his nominibus apud Schillerum Planetæ denotantur, juxta ſeptem illos verſiculos, quos dictus Auctor in Cœlo ſuo Stellato exhibuit:

♄ Eſt SATURNUS ADAM, primus Pater atq; Colonus,
♃ JUPPITER eſt MOSES, Legum dator ille Jehovæ,
♂ Belliger Iſrael Populi Dux JOSUA MAVORS.
☉ Eſt SOL Juſtitiæ CHRISTUS Mediator JESUS.
♀ Præcurſor Chriſti JOHANNES LUCIFER almus.
☿ MERCURIUS dubius cœlo venturus ELIAS.
☽ LUNA Dei genetrix, & Virgo beata MARIA.

Signa Aſteriſmorum univerſa eſſent rejicienda, & alia prorſus nova ſubſtituenda.

Deinde haut poſſent ampliùs ad Calendaria & Ephemerides referre hactenus uſitata illa Signa Zodiaci, Arietem, Taurum, Geminos &c. ſed nova illa Schilleri, utpote clavem Petri, crucem decuſſatam Andreæ, Baculum Jacobi &c. quoniam Aries apud Schillerum eſt Petrus, Taurus Andreas, Gemini Jacobus Major, Cancer Johannes, Leo Thomas, Virgo Jacobus Minor, Libra Philippus, Scorpius Bartholomæus, Sagittarius Matthæus, Capricornus Simon, Aquarius Judas Thaddæus, Piſces Matthias: ſicuti patet ex pag. 21. Cœli Stel-

lati

lati Schilleriani. Hanc igitur ob causam Astrologis non ampliùs liceret scribere, Jupiter est in Tauro, sed Moyses in Andreà; non Mars existit in Geminis, sed Josua in Jacobo Minore; non Mercurius versatur in Librà, sed Elias in Philippo, Bartholomæo, Matthæo, & sic deinceps. Quæso? mi Amice, qualenam Calendarium hocce foret? quàm multifaria Astrologis toleranda essent fastidia? Quis unquam Herculeum istum laborem ipsis plenè compensaret? an sufficerent paucissima illa Calendariorum folia ad annotandos eo modo adspectus Planetarum omnes, cæteraque describenda? Imò, concesso, hæcce fieri posse omnia, quis, amabo, ad edenda ejus generis Calendaria sumptus suppeditaret? quis illa emeret? Nemo sanè illa intelligeret, nedum ad quotidianum usum adhibere posset. In summà, quò magis hocce negotium perpenditur, eò plures rationes sese offerunt ad novam hanc methodum, Sidera & Stellas denominandi, deserendam, & prorsùs rejiciendam. Licet autem quis regerere possit, à Schillero res illas esse inceptas, bonâ intentione, ad promovendam fortè devotionem: attamen locutiones istæ, quibus ad exprimendas e. gr. Solis vel Lunæ obscurationes seu Eclipses, aut circa describendas Planetarum occultationes, & alibi sæpiùs utendum esset, annon aliquas absurditates, immò abusum & profanationem Sanctorum Nominum inferrent, omnibus piè sentientibus judicandum relinquitur. Taceo, Schillerum inter nova illa Sidera Cœlestia, quæ ad Firmamentum reposuit, simul res aliquas retulisse, quemadmodum Columbam Noachi, Arcam Noe, Jordanum Fluvium, Abelem & hujus generis alia, quibus nullum à nobis deberi cultum, quilibet Christianus haud ignorat: ut credi non possit,

Quomodò tum loquendum aut scribendum foret.

Hic ratione paucissimè sanè conscriberent Calendaria.

Imò pauciores illa emerent.

Quò ulteriùs progredimur in negotio Schilleriano eò res fit intricatior & difficilior.

ad Venerationem Sideribus illis omnibus conciliandam, eorum nomina à Schillero introducta esse.

Si Schilleriana & antiqua nomina nobis debent esse cognita, duplex requiritur Operæ.

Illud interim prætereundum non est, quòd, cùm magna pars Sideralis Scientiæ ex Veterum Astronomorum lectione dependeat, eaque nemo, aliquid solidi hoc in studio præstare cupiens carere possit, quilibet Schillerianorum tantummodò nominum gnarus, Auctores illos legere, & intelligere nequeat, aut, si lectioni eorum se applicare velit, Schilleriana simul & antiqua Siderum Stellarumque nomina addiscere necesse habeat. Ad quam duplicem operam quantum temporis requiratur, unusquisque facilè prævidet; quod tamen pro Vitæ humanæ brevitate, nimis pretiosum est, & potiùs ad materiarum seu rerum in Astronomicis nondum satis detectarum cognitionem perfectiùs acquirendam, quàm memoriam novis verborum ac Nominum inventis, præter necessitatem, obruendam impendendum erat.

Et tempus rebus gravioribus in Astronomiâ impendi poterat.

Proinde, sicuti Sidera illa cœlestia Christianis nominibus insignita, Stellasque omnes, ita contemplari debemus, ut Dei Optimi Maximi, Rerum omnium Creatoris, summam Sapientiam, stupendaque miracula perpendamus, deprædicemus, occasionemque arripiamus, ea omnia ad Gloriam Ejus plus plusque Orbi, & Posteritati exponendi: ita nos Christianos decet, Sidera illa Ethnica & Profana, tam à Veteribus, quàm recentioribus Astronomis ad Firmamentum relata, inque Globis descripta (sive sint Personæ, Animalia, sive Figuræ) nominaque Stellis imposita, eatenus assumere, quatenus illas tantummodò discernere ab invicem possumus (prout Geographi retinent Antiquorum Nomina) atque omni occasione in Studio nostro Astronomico illis uti; ad exemplum Prædecessorum nostrorum, qui in omnibus Scriptis suis & Catalogis usitata illa Nomina nobis reliquerunt.

Cur nomina Sideribus & Stellis sint indita.

Ex

Ex his igitur ſupra allatis rationibus pariter inductus ac impulſus fui, ut ſtatuerem, in ſcriptis meis, & obſervationibus, conſueta tam Planetarum, quàm Fixarum nomina, ut nunc, ſic & impoſterum conſtanter retinere & conſervare. Quod etiam propoſitum meum firmiter, quantum fieri potuit, ſecutus ſum, atque in illis Veterum denominationibus nihil quicquam mutavi, niſi ſummâ neceſſitate id exigente: Videlicet, ſi quando poſitura Animalium, vel Figurarum, longævâ temporis diuturnitate aliqualem diverſam faciem induit, ex Pictorum vel Sculptorum negligentiâ, ut Stellam aliquam, quæ à Veteribus & Tychone nominata eſt, e. gr. in Cane majore, in Ventre, ego appellem in Tergo; cùm reverâ in Tergo etiam conſiſtat; & ejus generis plura. Nam Figuras ita ordinavi, atque diſpoſui, ut quantum unquam licuit, ſecundùm eorum Membra & Poſitum Figurarum, Nomina Stellis fuerint indita; adeò ut illicò, dummodò earum Nomina ex Catalogo ſcias, abſque omni moleſtiâ & connotatione literarum, quamlibet Stellam in hiſce Schematibus Uranographicis, & ejus generis Globis cœleſtibus detegere queas: præprimis recentiores illas Stellas hoc Charactere, IH, in Catalogo noſtro notatas, præciſè ad earum ſitum nuncupavi, & quæ reverâ ſunt præcedentes, & ſequentes, manent etiam in noſtris Schematiſmis præcedentes & ſequentes; quæ aliàs in Bayeri Uranometriâ planè confunduntur. Præcedentes verò ſunt, quæ citiùs culminant, & ad Meridianum motu diurno accedunt; hoc eſt, quarum Longitudo minor eſt in Eclipticâ; rurſus ſequentes, quæ tardiùs ad Meridianum perveniunt, & quarum Longitudo S. S. S. jam major exiſtit: nimirùm, datur aliqua Stella, in 20 gradu ♈, atque altera in 21 gradu ♈, dico illam in 20 gr. ♈ eſſe præcedentem, alteram verò in 21 gr. eſſe ſequentem.

Auctor unde inductus, quòd Veterum & conſueta nomina retinuerit.

Nonnunquam Auctor Veterum nomina ex parte immutavit, & quare.

Et nihilominus abſque literis Locus cujuſcunque Stellæ protinùs in Tabulis Uranographicis inveniri poteſt.

Quænam Stellæ præcedant & quænam ſequantur.

De duobus Schematibus majoribus totum Cœlum Stellatum repræsentantibus.

Postremò, post hasce nostras Figuras Uranographicas, incipiendo ab A ad FFf, quarum 54 sunt, uti ex superiori Tabellâ liquet, sequuntur adhuc Figuræ duæ generales aliquantò majores; quæ in duobus Schematibus repræsentant Figuras antecedentes simul omnes, sive totum Globum Cœlestem in plano descriptum, per duo Hemisphæria, Arcticum videlicet, & Antarcticum. Ex quibus æquè distinctè & promtè cognosces, & addisces omnia, quàm ex Globis artificialibus ipsis trium vel quatuor pedum in Diametro; sed in eo differunt dictæ duæ Tabulæ Generales, à tantæ magnitudinis Globis, quòd longè commodiores unicuique, & longè vilioris sint pretii, tum faciliùs ab uno ad alium locum, sursum, deorsum transportentur, in itineribus, mari terráque circumferantur, quod verò minimis cum Globis vix fieri potest. Deinde binæ hæ Figuræ generales, exhibent æquè distinctè omnes Circulos cœlestes, & pari ratione, ut ipsi Globi, Eclipticam, Æquatorem, utrumque Tropicum Cancri & Capricorni, Arcticum nec non Antarcticum, simul etiam omnes Circulos Latitudinis cujusvis Signi Zodiaci, adeò ut quilibet etiam Tyro, cui id tantum semel vel bis commonstratur, protinùs, si paucissima solummodò Minuta excipias, cujusvis Stellæ Longitudinem & Latitudinem accuratè, imò promtiùs, quàm ex ipsis præcedentibus 54 Schematismis reperire atque cognoscere possit. Quandoquidem non opus habes, nisi ut Regulam aliquam ad Centrum Stellæ & Eclipticæ in hisce Hemisphæriis colloces, tum statim in ipsâ Eclipticâ, Tibi Regula illa commonstrat, qualem Stella illa habeat Longitudinem in gradibus & quindecim minutis; postea apprehende Circinum, ejusque pedem pone in Centrum Stellæ, alterum verò pedem transfer in Polum Eclipticæ, quod spatium indicat illius Stellæ distantiam à Polo Eclipticæ, vel ejus complementum Latitudinis; quam distantiam,

Duo hæc Hemisphæria sunt ad usum commodiora, quàm ipsi Globi cælestes.

Quâ ratione sint descripta.

Usus eorum est facillimus.

Quomodo cujusvis Stellæ Longitudo & Latitudo facillimo negotio inveniatur.

tiam, immoto ſcilicet priore pede circini in Polo Eclipticæ, transfer in Lineam Latitudinis ab Ariete, per Polum Eclipticæ ad Libram incedentem (in Hemiſphærio nimirum noſtro Arctico; in Antarctico verò in illam lineam quæ á Cancro ad Capricornum procedit) tunc protinùs alter Pes circini Tibi indicabit ipſam genuinam Latitudinem illius Stellæ. At verò hæcce Linea Latitudinis, non omnino in partes æquales eſt diſtincta, uti vides, ſed in inæquales; illæ particulæ viciniores Eclipticæ ſunt majores, quò autem magis ad Polum Eclipticæ accedunt, fiunt minores: id quod ex neceſſitate ſic contingit, cùm omnia ibidem in plano, non in Globo convexo ſint delineata: prout Eruditioribus in Rebus Aſtronomicis nonnihil verſatis haud obſcurum eſt. Atverò Tyronibus hæcce omnia elucidare, hoc loco nimis longum foret, nec Scopus meus modò permittit.

Linea Latitudinis non æquales exhibet partes.

Et unde?

In ſummâ, hæcce bina Hemiſphæria cœleſtia maximè ſunt neceſſaria Aſtroſophis omnibus, ut ea omni tempore unâ cum noſtro Fixarum Catalogo in promtu habeant, præſertim Nautis, & qui mari iter faciunt, qui Globos illos majores cœleſtes non ubique circumferre queunt. Quapropter utrumque hocce Hemiſphærium Aſtronomiæ Prodromo, in eoque exhibito Catalogo meo annecti poteſt, quò ſimul quilibet Aſtronomiæ Cultor & Fixarum Catalogum, & Globum aliquem in plano deſcriptum in promtu haberet, ex quo ſibi Stellas familiares reddere, eorumque nomina eò promtiùs posſit addiſcere; pariterque ex illis Hemiſphæriis cujuscunque Fixæ magnitudinem cognoſcere: quippe differentia earum magnitudinis, ſicuti Catalogus exhibet, omni Induſtriâ, in dictis Hemiſphæriis ſunt deſignatæ.

Hemiſphæria cœleſtia maximum habent uſum.

Ex Hemiſphæriis Magnitudines Stellarum quoq; addiſcuntur.

Habes itaque, Benevole Aſtroſophe, quæ breviter in Procemio Firmamenti Sobieſciani, ſive Uranographiæ

Auctor Uranographiam Posteritati commendat.

nostræ attingere mihi proposueram, non dubitans quin à plurimis, præsertim à sincerâ Posteritate, hæ pagellæ sereno vultu accipiantur, quæ (id quod absque jactantiâ dictum esto) tanto labore & molestiâ, per tot annorum decades diu noctuque exantlato tandem, annuente singulari Divini Numinis Gratiâ, mihi enatæ sunt; in quod opus priusquam eò devenire potuerim, haud exiguam facultatum mearum partem insumsi, imò multam virium corporis atque valetudinis meæ jacturam feci; quibus tamen minimè indoleo, sed iterum iterumque Deo Directori Rerum omnium ex toto pectore humillimas ago gratias, quòd mihi tantum ardorem, & cupiditatem à teneris instillaverit, ut non solùm quales quales meas Operas Astronomicas feliciter inchoare licuerit, sed etiam ad eas ex voto continuandas, corporis atque animi vires benignissimè ac constantissimè concesserit, quò tandem dictas Opellas meas omnes, inter tot occupationes, curas & sollicitudines, tam privatas quàm publicas, inprimis verò interveniente ferali illo incendio, & latissimâ illâ meâ strage, felicissimè ad exoptatum finem ipsemet perducere potuerim: quæ ut in Gloriam Divinæ Majestatis, atque Sideralis Scientiæ commodum cedant, denuò animitùs precor.

Multo labore & sudore est acquisita.

Auctor agnoscit singularem Divinam Gratiam sibi concessam.

Votum Auctoris.

Quicquid autem ejus rei sit, puto tamen nonnullos fore, qui omnes meas opellas, licet bonâ intentione susceptas, inque lucem editas suggillare, carpere atque perstringere ausint, præsertim illi, qui gloriari solent, se omnia sexagies posse perfectiora, & exactiora reddere, & qui omnia floccifaciunt & rejiciunt, quæcunque non ipsimet, vel eorum Assecla, aut Societate aliquâ conjuncti, invenerunt, elaborârunt, & ediderunt. Verùm enimverò, credas mihi, nullo id me dolore afficiet, nec opusculis meis quicquam derogabit, quæ vel invitis ipsis in pristino sunt permansura statu. Certè unicuique præstantiora in medium

Aderunt sine omni dubio etiam Momi universa suggillantes.

Qui tamen non attendendi.

dium proferre, qui poteſt, per me licet; verùm non nudis & glorioſis tantùm Verbis res agenda, ſed ipſo opere. Equidem haud parùm miror, quare nonnulli celeberrimi ac doctisſimi Viri, rebusque Aſtronomicis addictisſimi, qui nihil ampliùs negotii habent & habuerunt, quàm cœlum intueri, eique invigilare à plurimis jam annis, qui ſumptus ad res illas omnes non ex propriis facultatibus ſuis, ſed ſummorum Mecœnatum ærario, quando velint, haurire poſſunt, quibus Stellæ omnes æquè luminoſæ ac mihi fuerunt, quibus cœlum æquè patuit undique ac mihi, hactenus nihil quicquam præſtantius, correctiusve in eo Fixarum negotio, Erudito Orbi exhibuerint; cùm leviora potuiſſent intermittere, vel Sociis ſuis ea, ut perficerent, commendare, ipſi verò Catalogum Fixarum, tanquam partem præcipuam, & fundamentum totius Aſtronomiæ, aggredi debuiſſent.

Auctor miratur, cur alii non præſtantiora hactenus ediderint, quibus Cœlum pariter undique patuit, & qui in longè feliciori verſantur Statu.

Cùm igitur nemo adhuc poſt Tychonem, me, quoad reſtitutionem Fixarum Catalogi, prævenerit; dent alii Operam ſedulò, ſi posſint, ut ſucceſſu temporis, longè præſtantiora perficiant & proferant. Interea iis, quæ laudatisſimi Prædeceſſores nobis reliquerunt, nec non hiſce noſtris, quæ Divina Benignitas, pro tenui noſtro modulo conceſſit, acquieſcamus, in hæc Verba erumpentes: Non nobis, non nobis, Domine, ſed Nomini Tuo ſit Gloria: Dignus es Domine DEUS noſter accipere Gloriam & Honorem, & Virtutem: quia Tu creaſti omnia, & propter Voluntatem Tuam ſunt & creata ſunt:

Apocalypſ. IV. 11.

Cùm certiora hucusque nondum prodierint, hiſce acquieſcendum.

Soli DEO Gloria.


Hoece Hemisphaerium Firmamenti Sidereum Ratione
Diversis novis Alterum, et quam plurimis, ante hac
exornatum atq; auctum hac Editione Anno IOHANNI III.
Polonorum Regis etc. Dni Sui Clementissimi, ad memoriam
Italem Gloriae in perpetuum Eius Maiestatis Regnum
Suae Reg: Mitis Virtutis, et ob Pietatis eo Studio
Fortitudinem maximum Commodum, et hic vivendum
Christianae Religionis gestae, ac Iustitiae praestitae
Hoc Opus Ad Aedes Sibi Iustitiae praestitae
Iohannes Predit Anno Aerae Christianae
Auctoris Sumptibus et Curâ
Pictore verò Andr. Stech, et
Sculptore Cornelio de la Haye
Gedani
Magnitudines Stellarum
Gemini
Taurus
Cancer
Aurigae
Pollux
Castor
Leo
Ursa Major
Perseus
Musca
Triangulum Boreale
Triangulum Magnum
Arcus
Pisces Boreales
Lacerta
Cassiopeia
Cepheus
Coma Berenices
Chara
Asterion
Ursa Minor
Andromeda
Vir
Draco
Lacerta
Stellio
Bootes
Cygnus
Lyra
Pegasus
Serpens
Serpentarius
Delphinus
Aquarius
Aquila
Capricornus
Libra
Sagittarius


Hocce Hemisphærium Australe
NUMEN Suum
contendit
Humillime Devotus
Ioh. Hevelius
In lucem prodiit Anno Æræ Christianæ
Auctoris Sumptibus et Curâ
Pictore vero Andr. Stech et
Sculptore Carolo de la Haye
Gedani
Magnitudines Stellarum
Serpentarius
Scorpio
Sagittarius
Corona Australis
Capricornus
Libra
Lupus
Ara
Indus
Pavo
Grus
Piscis
Austrinus
Aquarius
Centaurus
Crux
Musca
Triang. Aust.
Apus
Toucan
Phœnix
Hydrus
Corvus
Virgo
Polus Australis
Dorado
Crater
Tropicus
Capricorni
Hydra
Eridanus
Sextans Uraniæ
Argo Navis
Columba
Lepus
Canis Major
Cetus
Æquator
Monoceros
Canis Minor
Cancer
Gemini
Orion
Taurus
Leo



Fig. A.


Draco.
URSA MINOR


Latitude.
Camelopardalus.
Cassiopeja.
Cepheus.
Draco.
URSA MINOR.
Draco.
Fig. A.


E W
Cassiopeia


Cepheus
Camelopard.


Cygnus.
Latitude
DRACO.
Hercules.
Bootes.
Polus Eclipticus B.
Ursa Minor.
Cepheus
Ursa Major.
Fig. B.


Latitude
Polus Eclipticæ
Latitude
CEPHEUS.
Ursa Minor.
Latitude
Draco
Longitude
Longitude
Camelopardalus
Fig. C.
Cassiopeja.
Longitude
Longitude


Longitude.
Latitude.
Draco.
URSA MAJOR.
Asterion.
Chara.
Lynx.
Leo Minor.
Coma Berenices.

Fig. D.


CANES VENATICI.
Bootes.
Ursa Major.
Corona Septent.
Asterion.
Chara.
Coma Berenices.
M Menalis
Fig. E.
Longitudo
Latitudo
Tropicus
Colurus
Cancri


BOOTES.
Hercules.
Asterion.
Ursa Major.
Corona.
Chara.
Serpens.
MONS MENALIS.
COMA BERENICES.
Fig. F.
Longitudo.
Latitudo.


Longitude
Latitude
Bootes.
CORONA.
Hercules.
Serpens.
Tropicus
Cancer
F
G
Longitude


HERCULES.
Lyra.
Cygnus.
Corona Borealis.
Vulpecula.
Anser.
Cerberus.
Sagitta.
Serpens
Serpentarius.
Aqvila.
Fig. H.


Longitude.
Latitude.
Draco
LYRA.
Hercules.
Cygnus.
Cerberus.
Anser.
Vulpecula.
Fig. I.


Lyra.
CYGNUS.
Lacerta.
Anser.
Vulpecula.
Sagitta.
Aqvila.
Pegasus.
Fig. K.


Hercules.
Lyra.
Cygnus.
ANSER.
VULPECULA.
Draconis
Lactea.
Cerberus.
Sagitta.
Pegasus
Via
Lactea.
Aqvila.
Delphinus.
Fig. L.
Serpens
Equuleus.
Antinous.
Longitude


Longitude
Cygnus.
Lacerta.
Lira
Cepheus.
LACERTA
sive STELLIO.
Cassiopeja.
Andromeda.
Pegasus.
Latitude

Fig. M.


CASSIOPEIA.
Via
Longitudo
Latitudo
Camelopardalus.
Perseus.
Sagitta
Coluro Equinoctiorum
Fig. N.
Andromeda.


Longitudo
Latitudo
Ursa Minor.
Draco
Cepheus.
CAMELO PARDALUS.
Ursa Major.
Cassiopeja.
Perseus.
Lynx.
Longitudo
Latitudo
Longitudo
Longitudo
Latitudo

Fig. O.


Hercules.
Cerberus.
Anser.
Bootes.
SERPENTARIUS.
Aquila.
SERPENS
Mons Menalis.
Antinous.
Sobiescianum
Scutum.
Libra.
Sagittarius.
Fig. P.
Scorpius.
Longitudo.
Ecliptica.
Aequator.


Serpentarius.
Sagitta.
Vulpecula.
SERENISSIMO, POTENTISSIMO
AC INVICTISSIMO IOHANNI III
REGI POLONIARVM,
Sideris hujus nova Gedani nuper detecti
mijq; numerum reliquorum Astrorum in sem
piternam SACRATISSIMÆ REGIÆ MAJESTATIS
Memoriam atq; Gloriam relui, qualem qua
lem hanc Delineationem devotissime ac
submississimo animo offert atq; consecrat
SACRATISSIMÆ SUÆ
MAJESTATIS
Aquila.
Serpens.
Delphinus.
Antinous.
SCUTUM SOBIESCIAN.
AQUARIUS.
CAPRICORNUS.
SAGITTARIUS.
Fig. Q.
Eclyptica.
Longitude.


Longitude.
Latitude.
Anser.
Vulpecula
Cerberus.
Sagitta.
Serpentarius.
AQVILA.
Delphinus.
Serpens.
Equator.
Equuleus.
ANTINOUS.
Sobiesc.
Scutum.
Capricornus.
Sagittarius.
Fig. R.


Longitude
Cygnus.
Vulpecula.
Anser.
SAGITTA.
DELPHINUS.
Aqvila.
EQVULEUS.
Pegasus.
Antinous.
Aqvarius.
Fig. S.


Longitude.
Longitude.
Latitude.
Vulpecula.
Tropicus
Delphinus.
PEGASUS.
Andromeda.
Caput
Equuleus.
Latitude.
Latitude.
Latitude.
Latitude.
Equator.
Aquarius.
Fig. T.
Piscis Austrinus.
Linum Austrinum.
Ecliptica.
Ecliptica.


Longitudo
Latitudo
Pegasus.
ANDROMEDA.
Cassiopeja.
Tropicus
Cetus
Boreus
Piscis
Triangulum Majus.
Triangulum Minus.
Fig. V.


Cassiopeja.
PERSEUS.
Andromeda.
Triangulum
Majus.
Minus.
Musca.
Aries.
Fig. W.
Taurus.
Camelopardalus.
Auriga.
Longitudo
Latitudo


Longitudo
Camelopard
AURIGA.
Perseus.
Lynx.
Latitudo
Taurus.
Gemini.
Ecliptica
Fig. X.
Ecliptica


Camelopardalus.
Ursa Major.
LYNX.
Auriga.
Leo Minor.
Gemini.
Cancer.

Fig. Y.


Longitudo.
Latitudo.
Urſa Major.
Chara.
Lynx.
LEO MINOR.
Cancri
Leo Major.
Gemini.
Tropicus
Cancer
Fig. Z.
Ecliptica.
Ecliptica.


Longitude
Latitude
Andromeda.
Perseus.
TRIANGULUM
MAJUS.
MINUS.
MUSCA.
Piscis Boreus.
Taurus.
Aries.
Linum Boreum.
Eclyptica.
Eclyptica.

Fig. AA.




Longitude
Majus
Minus
Musca
Perseus
Piscis Boreus
Aries
Linum Boreum
Ecliptica
Linum Austrinum
Taurus
Cetus

Fig. BB.




Longitude
Latitude
Perseus.
Musca.
TAURUS.
Auriga.
Tropicus
Aries.
Eclipticu.
Cancri.
Gemini.
Cetus.
Orion.
Fig. CC.


E^ta DIV
CLOB
ANDROMEDA
CAPUT
VALGÜS
GEMINI


CLOB
GEMINI
VALGÜS


GEMINI.
Lynx.
Auriga
Castor
Pollux
Cancer
Tropicus Cancri
Ecliptica
Via Lactea
Orion
Monoceros.
Canis minor
Hydra
Fig. DD.
Longitudo
Latitudo




Longitudo
Lynx
Gemini
CANCER
Leo minor
Castor
Pollux
Latitudo
Cancri
Leo major
Tropicus
Eclipticæ
Eclipticæ
Monoceros
Canis
minor
Sextans
Hydra
Fig. EE
Longitudo
Longitudo


Lynx.
Leo minor.
LEO.
Cancer.
Virgo.
Crater.
Hydra.
Uraniæ Sextans.
Longitudo
Latitudo
Ecliptica.
Æquator.
Tropicus
Cancri
Fig. FF.




Longitudo.
Longitudo.
Bootes.
Mons Męnalus.
VIRGO.
Equator.
Latitudo.
Latitudo.
Leo.
Libra.
Eclipsica.
Eclipsica.
Equator.
Scorpius.
Corvus.
Hydra.
Crater.
Latitudo.
Latitudo.
Hydra.
Centaurus.
Longitudo.
Longitudo.

Fig. GG.


CC
CANIS MINOR
HYDRA
PROCYON
MONS MENSALIS
PORTUS


Longitudo
Mons Menalis.
Virgo.
Æquator
Serpentarius.
LIBRA.
Latitudo
Ecliptica
Capricornus
Corvus.
Scorpius
Hydra.
Centaurus.
Lupus.

Fig. HH.




Longitudo
M. Menalis
Serpentarius.
Latitudo
Libra.
SCORPIUS.
Eclipticæ
Capricorni
Sagittarius.
Lupus.
Longitudo

Fig II.


Longitudo
Scutum
Sobiesciani
Antinous.
Longitudo
SAGITTARIUS.
Capricornus.
Latitudo
Latitudo
Eclipticæ.
Eclipticæ
Tropicus
Capricornus
Lacta
Scorpius.
Corona Australis.
Fig. KK.
Latitudo
Latitudo
Longitudo
Longitudo


CAPRICORNUS


Longitudo
Longitudo
Æquator
Pegasus
Latitudo
Antinous.
Equuleus.
Latitudo
CAPRICORNUS.
Aquarius.
Eclipticæ.
Eclipticæ.
Tropicus
Sagittarius.
Latitudo
Capricorn.
Latitudo
Piscis Notius.
Fig. LL.
Longitudo
Longitudo


Longitudo.
Longitudo.
Antinous.
Equuleus.
Pegasus.
Equator
Latitudo.
AQUARIUS.
Pisces Australinus.
Ecliptica
Capricornus.
Latitudo.
Tropicus
Capricorni
Cetus.
Latitudo.
Pisces Notius.
Latitudo.
Longitudo.
Longitudo.

Fig. MM.


Longitudo.
Tropicus
Longitude
Latitudo
Pegasus.
Andromeda.
Cancri
Aequator
Piscis Boreus.
Piscis Austrinus.
PISCES.
Aqvarius.
Linum Boreum.
Libra
Aequator
Eclipticu.
Eclipticu.
Linum Austrinum.
Latitude
Latitude
Aequator
Fig. NN.
Cetus.
Longitude
Longitude.


Eclyptica.
Eclyptica.
Latitudo
Auftr
Linum
Equator
CETUS.
Colures
Latitudo
Aqua.
Equator
Equator
Latitudo
Equinoctialis
Tropicus
Eridanus.
Capricornus
Phœnix.
Latitudo
Longitudo
Longitudo

Fig. 00.


Longitude
Cetus.
Taurus.
ERIDANUS.
Lepus.
Orion.
PHŒNIX.
Columba.
Dorado.
TOUCAN.
Hydrus.
Fig. PP.
Canis Major.
Latitude
Ecliptic


Eclyptica.
ORION.
Via
Lacea.
Taurus.
Gemini.
Monoceros.
Equator.
Cetus.
Eridanus.
Canis Major.
Lepus.
Latitude.
Longitude.

Fig. Qq.


ORION
Monoceros
Lepus


MONOCEROS
Canis Major
Lepus


Gemini.
Cancer.
Hydra.
Orion.
MONOCEROS.
Canis Minor.
Æquator.
Canis Major.
Lepus.
Fig. RR.


Eclipticus
Gemini.
Cancer.
Orion.
CANIS MINOR.
Hydra.
Æquator
Monoceros.
Canis Major.
Lepus.
Fig. 55.
Longitudo


Ecliptica
Leo.
Equator
Corvus.
Crater.
Sextans.
Monoceros.
HYDRA.
Tropicus
Centaurus.
Argo
Navis.
Robur Caroli.
Crux.
Fig. T T.
Longitude


Eclipticus
Eclipticus
Leo Major.
SEXTANS URANIÆ.
Hydra.
Crater.
Latitude.
Latitude.
Latitude.
Latitude.
Longitude.
Longitude.

Fig. VV.


Ecliptica
Leo Major.
Virgo.
Equator
Uranie Sextans.
CRATER.
CORVUS.
Latitude
Centaurus
Capricorni
Hydra.
Tropicus
Latitude
Columba
Longitude
Longitude

Fig. W.W.


Corvus.
Hydra.
CENTAURUS.
Scorpius.
Lupus.
Ara.
Pavo.
Triangulum.
Robur Carolinum.
CRUX.
Apus.
Longitude
Latitude

Fig. XX.


Ecliptica.
Ecliptica.
Capricornus.
Tropicus
Scorpius.
Serpentarius.
Hydra.
Centaurus.
LUPUS.
Ara.
Latitud.
Latitud.
Latitud.
Latitud.
Longitude
Longitude
Fig. YY.


Scorpius
Sagittar.
Lupus
ARA.
Corona Austr.
Centaurus
PAVO.
TRIANG. AUSTR.
Apus.
Musca.
Longitude
Latitude
Antarctica

Fig. Z z.


Longitude
Latitude
Scorpius.
Via Lactea
Sagittarius.
CORONA AUSTRALIS.
Ara.
Fig. Ara.
Indus.
Pavo.


Capricornus.
Sagittarius.
PISCIS NOTIUS.
Aqvarius.
GRUS.
Indus.
Pavo.
Phœnix.
Fig. BBb.


Orion
Canis Major.
LEPUS.
Eridanus
COLUMBA.
Longitude
Latitude

Fig. C C c.


Orion.
Monoceros.
CANIS MAJOR.
Lepus.
Argo Navis.
Eridanus.
Tropicus
Capricorni
Columba.
Longitudo
Latitudo
Longitudo
Longitudo
Latitudo
Latitudo
Latitudo

Fig. DD 4.


Hydra.
Crater.
ARGO NAVIS.
Canis Major.
ROBVR CAROLI.
Centaurus.
Columba.
Crux.
Piscis Volans.

Fig. EEe.


POLUS ANTARCTICUS.
Ara.
Triangulum Australe.
Apus.
Musca.
Pavo.
Indus.
Grus.
Toucan.
Phœnix.
Chamæleon.
Piscis Volans.
Xiphias.
Hydrus.
Latitude.
Longitudo.
Colurus
Solstitorum.
Equinoctiorum
Polus
Eclipticus
Via
Fig. Eff.